Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

G. M.

Fvndamenta Processvs Civilis Ordinarii, Inprimis Saxonici : In Tabvlas Redacta

Lipsiae: Apvd Franc. Xaverivm Kantner, MDCCLXXXXV

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915

Druck Freier Zugang



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1727991915/phys_0001

DFG

Eg III 4
350

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0002
DFG

FVNDAMENTA
PROCESSVS CIVILIS
ORDINARII,

INPRIMIS

SAXONICI,

IN TABVLAS REDACTA

A

G. M.

von Wetzell'sches
* Vermächtniss *



LIPSIAE,

APVD FRANC. XAVERIVM KANTNER,

MDCCLXXXXV.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0005
DFG

VIRO

PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO,

DOMINO

DN. ADAMO FRIDERICO AVGVSTO DE WATZDORFF,

DOMINO WIESENBVRGI, JESNITZII, ROETTIS, LETZAE, ETC. ETC.

SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS IN CVRIA PROVINCIALI VITEBERGENSI JVDICI GRAVISSIMO, ET A COLLIGENDIS CIRCVLI ELECTORALIS VECTIGALIBVS PVBLICIS, ETC. ETC.

NEC NON

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0007
DFG

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1727991915/phys_0008

DFG

VIRO

PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO

DOMINO

DN. CAROLO GOTTLOB WILIBALDO AB HOUWALD,

DOMINO AC DYNASTAE IN STRAVPITZ, STEINKIRCHEN, ETC. ETC.

JVDICII PROVINCIALIS IN LVSATIAE INFERIORIS MARCHIONATV

JVDICI GRAVISSIMO, ETC.

DOMINIS AC PATRONIS

LONGE INDVLGENTISSIMIS,

ARTIVM LIBERALIVM EARVMQVE CVLTORVM

MAECENATIBVS ET PRAESIDIIS,

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0009
DFG

HVNC LIBELLVM

CEV

PIETATIS SVMMAE ANIMIQVE DEVOTISSIMI ET GRATISSIMI

MONVMENTVM

OFFERRE ET CONSECRARE,

SIMVL

DIVTVRNAM SALVTEM OMNEQVE FELICITATIS GENVS

APPRECARI,

INPRIMIS

SVMMO EORVM PATROCINIO

BENEVOLENTIAEQVE SINGVLARI,

SE SVASQVE RES SVBMISSE COMMENDARE

VOLVIT

DEVOTISSIMVS AVCTOR.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0010
DFG

LECTORIBVS BENEVOLIS,

STVDIOSIS ET COMMILITONIBVS

OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMIS

S. P. D.

AVCTOR.

Causa, quae ad edendum huncce libellum me impulit, inter alias haec quoque erat, ut desiderio quorundam amicorum, qui, me tabulas processuales composuisse, noverant, earumque communicationem, ex jure Canon. II. caus. 12. Qu. 1. c. 2. postulare poterant, hac ratione satisfieret. Deinde aliquantulumvi debatur quoque me posse sperare, hisce tabulis adhibitis repetitionem processus, antea in Collegiis illustrium Professorum atque Doctorum rite percepti, aliquo saltem modo fore faciliorem. Quam ob rem doctrinas processuales elementarias ita, ut omnes fere facile cohaerere viderentur, memoriaeque facillime mandari possent, constructi, atque ita componendas curavi, ut, quid in variis causis diversi juris, maxime Saxonici, esset, primo saepius adspectu videri posset. Fontium et litteraturae rarius quidem facta est mentio, quia non erat animus nova docendi, sed propositum praecepta,

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0011
DFG

cepta, ab aliis jam probata, certo modo componendi et memoriae facile mandandi. Ceterum quaedam tamen allegationes adjectae sunt, non tam probationis causa, quam potius, ut, ubi Lector benevolus plura, et meliora saepius, de quadam doctrina invenire posset, statim intelligeret. Quod superest, studiosis L. B. studii juridici prosperrimum eventum optans, eorum benevolentiae amicitiaeque me commendatum cupio, censorumque benigno judicio, meliora discendi semper paratus, me libenter submitto. Dabam Cal. Decembr. MDCCLXXXXIV.

FVNDA-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0012
DFG



FVNDAMENTA PROCESSVS CIVILIS,

IN PRIMIS SAXONICI,

AD VSVM STVDIOSORVM,

IN ORDINEM SYSTEMATICVM

REDACTA.

PROCESSVS est ordo in causis jurisdictionis contentiosae observandus; vel, est ordo et modus in disceptanda lite observandus.

Illa definitio est Ill. Wiesandii, haec D. Krausii. [1])

Dividitur processus

I. in principalem, in quo de re litigiosa ipsa agitur,

et praeparatorium, ubi de puncto rem litigiosam praecedente agitur; hic est

vel *exhibitorius*, [2]) quo productio alicujus rei, videndi causa, petitur,

vel

1) Cfr. Krausii Proc. Proleg. §. 1.

2) v. Tit. Dig. ad Exhibendum.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0013
DFG

vel *provocatorius*, [3]) quo quis ad litem instituendam compellitur. Hic est

vel *ex lege: Diffamari*, [4]) si quis provocatur ad agendum, ob jactatam aliquam obligationem alteri imputatam,

vel *ex lege: Si contendat*, [5]) si quis provocatur ad replicandum ad alterius exceptiones;

II. in generalem, qui valet in toto quodam imperio, v. g. processus Germanicus, [6])

et specialem, qui valet tantum in certa quadam provincia, vel territorio; v. g. processus Saxonicus etc. [7])

III. in secularem, qui peragitur coram judice seculari s. laico, v. gr. in Praefectura,

et ecclesiasticum, [8]) ubi agitur de rebus vel personis ecclesiasticis. Hic obvenit coram Consistoriis.

Res ecclesiasticae sunt

1) causae matrimoniales,
2) res ecclesiarum et scholarum,
3) excessus in templis vel coemeteriis commissi, v. c. stuprum ibi factum,
4) causae stipendiariae pleraeque.

Personae ecclesiasticae sunt, quae a Consistorio sunt confirmatae.

IV. in criminalem, [9]) qui versatur in delictis cognoscendis et puniendis;

et civilem, quo agitur de eo, quod alicui ab alio debetur. (Sic Ill. Wiesandius in Praelectionibus definire solet.)

CRIMINALIS PROCESSVS est

a) vel *accusatorius*, qui a privato contra delinquentem instituitur: hic est

vel

3) Cfr. Griebneri Proceſſ. l. 2. c. 8. Menck. ff. l. 5. t. 1. §. 8. m.
4) v. l. 5. Cod. de ingen. man.
5) v. l. 28. D. de fidejuſſ.
6) Peragitur ſecundum Receſſus Imperii et leges fundamentales Imper.
7) Cfr. Ordinat. Proceſſus, v. gr. in Luſatia Ordin. Proc. Saxon. Vet. de 1622. in Saxonia Elector Ord. P. R. de 1724.
8) Cfr. Griebner. Proc. lib. 2. c. 3.
9) Cfr. Krauſii Proc. L. 2. c. 10. Griebner. Proc. L. 2. c. 10.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0014
DFG

vel *accuſatorius in ſpecie*, qui contra delinquentem praeſentem inſtituitur;

vel *bannitorius*, qui contra delinquentem abſentem ob grave delictum geritur; hic eſt

vel imperii, qui coram judiciis imperii, v. c. coram judicio Aulico peragitur,

vel provinciae, qui in judicio provinciali ventilatur; hic eſt

vel Auſtriacus,
vel Boruſſicus,
vel Saxonicus, etc.

Saxonicus eſt

vel *banni inferioris*, Unter-Achtsprozeß, qui obtinet primo anno;

vel *banni ſuperioris*, Aber-Achtsprozeß, qui ſequitur poſt annum a primo banno lapſum.

b) vel *inquiſitorius*, [10]) qui a judice ex officio ob delictum alicujus inſtituitur: hic eſt

vel *generalis*, qui peragitur ſine articulis inquiſitionalibus, in delictis levioris momenti in genere, et in quibusdam delictis gravioribus per exceptionem, v. gr.

1) in delicto ſeditionis,
2) in furto violento,
3) in rapina a multis facta,
4) in Duello,
5) in doloſa decoctione, etc.

vel *ſpecialis*, quo delinquens ſuper articulis examinatur. Obvenit in delictis gravioris momenti, regulariter, ſi nempe delictum ſaltem relegatione, vel hodie ergaſtulo punitur.

c) vel *denunciativus*, ſ. *mixtus*, dicitur germanice: Rügen-Prozeß, qui obtinet in delictis levioribus indicandis, cognoſcendis et puniendis.

10) Cfr. Generalia de 1770 et 1783.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0015
DFG

CIVILIS PROCESSVS [11]) est

I.) vel petitorius, ubi agitur de alia re quam de possessione. Hic est

ordinarius, qui cum omnibus solennitatibus legalibus peragitur;

summarius, in quo multae solennitates non observantur.

Processus summarius abrogatus est in genere, mansit in specie, in Saxonia. (Sic Ill. Wiesand distinguere solet.)

Hic est

in specie talis, [12]) qui in Saxonia in causis minutis, iisque similibus aliis obtinet,

v. gr. 1) in causis Politiae,
2) in causis Commerciorum,
3) in causis deputationum,
4) in causis aedificiorum,
5) in causis famulitii,
6) in causis opificiorum, etc.

executivus, [13]) qui instituitur ex documento. Hic est

vel in specie talis, in quo agitur ex documento guarentigiato, h. e. ex tali documento, ex quo omnia capita libelli possunt probari;

vel cambialis, [14]) si ex chirographo cambiali, quod vocem: Wechsel, in se continet, agitur.

Prior dicitur quoque *realis*, posterior vero *personalis*.

vel possessorius, ubi de possessione, vel quasi possessione agitur. Hic est

vel ordinarius, quo agitur de possessione antiqua et titulata;

vel summarius, [15]) quo agitur de possessione momentanea.

Momentum in jure saepius denotat annum, et plures annos.

Hic

11) Cfr. Kaestneri, Krausii, Griebneri Proc. ratione Sax. Electoral. et Barth, Ludovici, Martini etc. rat. Sax. comm.
12) Cfr. Griebneri Proc. lib. 2. c. 1. Krausii Proc. l. 2. c. 3. sect. 1.
13) Cfr. Griebneri Proc. l. 2. c. 4.
14) Cfr. Griebneri Proc. l. 2. c. 5. Krausii Proc. l. 2. c. 2. sect. 3.
15) Cfr. Krausii Proc. l. 2. c. 3. sect. 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0016
DFG

Hic eſt

vel in ſpecie talis, qui coram quocunque judice, inferiori quoque, poteſt inſtitui,

vel inhibitivus, [16]) qui coram Judiciis Aulicis, ſive Curiis provincialibus inſtituitur. Obtinet

1) ob poſſeſſionem violento modo turbatam,

2) ob contraventionem rei judicatae.

II.) *vel conventionalis*, quo actor contra reum agit;

vel reconventionalis, quo reus iterum contra priorem actorem agit, in eodem foro, quo reus antea fuit conventus. Hic reus dicitur Wiederkläger, et actor Wiederbeklagter. Obtinet tantum in proceſſu ſummario, ſecundum jus Saxonicum.

III.) *vel conventionalis*, qui ſecundum compromiſſum partium litigantium peragitur, et ubi leges non reſpiciuntur;

vel legalis, ubi ſolummodo ſecundum leges praeſcriptas agitur. Ille dicitur quoque *arbitrarius*, quoniam coram arbitro peragitur, arbiter vero eſt perſona a partibus litigantibus electa, ut rem litigioſam decidat; hic dicitur *jurisdictionalis*, quia coram judice ventilatur.

IV.) *vel primae inſtantiae*, quamdiu coram eodem judice, ubi coepta eſt, lis peragitur;

vel ſecundae inſtantiae, quando lis ad ſuperiorem judicem perfertur, quod in Saxonia inprimis per appellationem fieri ſolet.

LOCVS, ubi proceſſus regulariter eſt inſtituendus, dicitur *Judicium*. [17])

JVDICIVM ſignificat

1) perſonas jurisdictionem exercentes,
2) actionem, vel judicia diviſoria,
3) teſtamentum,
4) cauſae controverſae tractationem ipſam,
5) ſecundam partem proceſſus Romanorum,
6) locum, ubi jurisdictio exercetur ordinarie.

16) Cfr. Krauſii Proc. l. 2. c. 3. ſect. 2.
17) Cfr. tit. ff. de judiciis, et compendia ff. de hac re.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0017
DFG

JVDICIVM est

I.) *vel ecclesiasticum*, huc Consistoria, et Senatus ecclesiasticus in Saxonia pertinent,

vel seculare, huc judicia patrimonialia, praefecturae, etc. pertinent;

II.) *vel ordinarium*, coram judice ipso, proprie tali;

vel delegatum, coram Commissario, s. eo, cui jurisdictio ad certum actum ex mandato est concessa;

III.) *vel primae instantiae*, ubi causa litigiosa tractatur ab initio;

vel secundae instantiae, ubi lis ex postfacto per appellationem deducitur;

IV.) *vel jurisdictionale*, si lis coram ipso judice ventilatur;

vel arbitrarium, si lis coram arbitro ex compromisso partium peragitur;

V.) *vel simplex*, ubi unus est actor, alter reus,

vel duplex, ubi uterque pro actore vel quoque pro reo potest haberi. Hoc obvenire potest in judiciis divisoriis, nempe in judicio familiae erciscundae, finium regundorum, et de communi dividendo. Pro actore habetur regulariter ille, qui prior actionem instituit, aut, qui majus habet interesse.

VI.) *vel universale*, ubi de universitate rerum juris agitur. Universitas rerum juris est complexus plurium rerum et jurium simul sub uno verbo complexorum, v. gr. hereditas,

vel generale, ubi de universitate rerum facti lis est. Universitas rerum facti est complexus plurium rerum tantum, v. gr. grex, bibliotheca.

vel singulare, ubi de re quadam speciali agitur;

VII.) *vel reale*, si ex jure in re agitur;

vel personale, si ex jure ad rem lis est;

vel mixtum, si partim ex jure in re, partim ex jure ad rem controversia fit;

VIII.) *vel universale*, quo subditis totius imperii jus dicitur, v. gr. Judicium imperii Aulicum, Camera Imperii;

vel particulare, ubi subditis certi cujusdam territorii jus redditur, v. gr. Regimen Aulicum in Saxonia,

vel locale, ubi subditis certi alicujus loci jus administratur; huc judicia patrimonialia, etc.

VIIII.) *vel*

VIIII.) *vel petitorium*,
vel possessorium, hoc iterum
vel ordinarium,
vel summarium;

X.) *vel regulare*, ubi causa secundum leges praescriptas tractatur;
vel irregulare, s. tumultuarium, si lis non secundum leges peragitur.

Regulare est
vel ordinarium, si omnes solennitates,
vel summarium, si non omnes solennitates adhibentur. Hoc est
vel in specie tale,
vel executivum.

Definitiones harum specierum judicii posteriarum, ex definitionibus processus, supra allatis, facile deduci poterunt.

PERSONAE [18]) processu occupatae sunt
I. vel judicantes, qui lites aliorum cognoscunt, decidunt, et exsequuntur;
vel litigantes, qui causas controversas ad judicium perferunt, ibique peragunt;
II. vel principales, qui abesse non possunt;
vel minus principales, qui abesse possunt, salva tractatione rei litigiosae.

Iudicantes principales sunt
a) in *civilibus* causis
1) judex, et saepe
2) actuarius.
b) in *criminalibus* causis [19])
1) judex,
2) actuarius,
3) duo Assessores, s. Scabini.

Iudicantes minus principales sunt
1) Actuarius, in civilibus saepius,
2) Assessores s. Scabini, sc. in civilibus,
3) Apparitores,
4) Com-

18) Cfr. Kaestneri Proc. c. 1. §. 15.
19) Cfr. Generale de 1783.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0019
DFG

4) Commentariensis,
5) carnifex, quatenus ad executionem criminalem peragendam pertinet.

Litigantes principales sunt
1) actor,
2) reus.

Litigantes minus principales sunt
1) Advocatus,
2) Procurator,
3) Actor,
4) Syndicus,
5) Defensor.

IVDEX est persona, publica auctoritate constituta, ad causas controversas cognoscendi, decidendi et exsequendi.

Est
1) *vel inferior;* huc Justitiarii, Praefecti, etc.
vel superior; huc in Saxonia Regimen Aulicum, Judicium Provocationum, Curiae Provinciales, etc.
2) *vel ordinarius,*
vel delegatus, qui dicitur quoque Commissarius;
3) *vel ecclesiasticus,* huc Consistoria et Senatus ecclesiasticus pertinent,
vel secularis, huc judicia patrimonialia, senatus oppidani, Praefecti etc. pertinent;
4) *vel suspectus,* qui alteri parti plus favet,
vel non suspectus.

Contra illum potest adhiberi juramentum perhorrescentiae, contra hunc non.

Notanda in judice sunt quatuor: [20])
A) *Habilitas,*
B) *Jurisdictio,*
C) *Competentia,*
D) *Officium.*

A) HABILITAS judicis est conditio, qua omnibus qualitatibus gaudet personalibus, quae legibus sunt praescriptae. Huc pertinent,

a) ut judex sit masculus, nam foemina jurisdictionem quidem habere, sed tamen non exercere potest;

b) ut

20) Cfr. Krausii Proc. Proleg. §. 24. sqq.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0020
DFG

b) ut 21 annos sit natus;
c) nec coecus, nec surdus, nec mutus;
d) nec furiosus, aut mente captus;
e) nec infamis, aut suspectus.

Si judex durante officio coecus fit, potest manere in officio; sed si antea est coecus, tunc non admittitur.

B) JVRISDICTIO est facultas causas controversas cognoscendi, decidendi et exsequendi; s. est facultas ad actus coram judicio gestos confirmandos. [21]) Est

I) *vel plena*, quae omnes habet effectus;

vel minus plena, quae non omnes habet effectus, sed vel facultate cognoscendi, vel facultate exsequendi caret.

Judex cognoscere non potest
1) in criminalibus, ubi acta ad Dicasteria sunt transmittenda;
2) si remedium contra priorem sententiam judicis est interpositum, tunc judex ipse super remedium non potest cognoscere;
3) si partes ad decisionem Dicasterii cujusdam compromittunt;
4) si lis est inter dominum jurisdictionis et ejus subditos.

Judex exsequi saepius non potest ob pactum, vel ob consuetudinem.

II) *vel voluntaria*, quae exercetur in partes consentientes, v. gr. in testamenti factione, in adoptione, etc. Haec est

vel mera, ubi causae cognitio judicialis non opus est, v. gr. in emancipatione;

vel mixta, ubi causae cognitio judicialis opus est, v. gr. in adoptione, unione prolium, etc.

vel

21) Cfr. tit. ff. de jurisdictione, et compendia ff. de hac re.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0021
DFG

dem foro, quo reus antea fuit conventus, instituta.

V) *vel ecclesiastica*, quae a Consistoriis exercetur;

vel secularis, quae a judice seculari in personas et res seculares exercetur. Haec competit v. gr. Praefectis, justitiariis, senatui oppidano, etc. Haec est

vel alta, *s. criminalis*, *s. superior*, ad quam pertinent causae criminales majoris momenti; dicitur germanice Malefiz- Peinliche- Hals- Ober- Gerichte.

vel bassa, *s. inferior*, *s. civilis*, ad quam pertinent causae civiles in genere, et criminales minimi momenti, v. gr.

1) anticipatus concubitus,
2) furtum infra 4 grossos,
3) injuriae leviores.

Haec dicitur germanice Erb- Voigtey- Nieder-Gerichte, et in dubio praesumitur. [22])

VI) *vel personalis*, *s. administratoria*, quae alicujus personae inhaeret, et cum ea exspirat; talis competit Praefectis in Saxonia, etc.

vel patrimonialis, *s. realis*, quae praedio alicui competit, et ad quoscunque possessores hujus praedii transit. Haec est

vel allodialis, quae praedio allodiali;

vel feudalis, quae praedio feudali inhaeret.

Jurisdictio patrimonialis orta est ex concessione principum, non vero ex dominica potestate veterum. (Dissentit Heineccius. Vid. eius Dissert. de hac re.)

VII) *vel universalis*, quae alicui sine restrictione competit;

vel particularis, quae cum certa restrictione alicui competit.

Haec

22) Cnf. Ordin. Nov. de 1555. sub titulo: Was zu Ober- Nieder- und Erbgerichten gehört.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0022
DFG

vel in ſpecie talis, quae ad plures actus in genere datur;

vel delegata, quae tantum ad certum et ſpecialiter denominatum actum alicui conceditur. Haec ordinarie obvenit in Commiſſariis.

b) *vel prorogata*, quae judici, alias in quadam re incompetenti, ob alicujus ſubjectionem competit; haec eſt

vel voluntaria, ſi quis litigans judicem proprie incompetentem pro competente ſponte agnoſcit. Haec dicitur

expreſſa, ſi litigans verbis de ea re ſe declaravit;

tacita, ſi ex ejus factis colligi poteſt, illum habere judicem incompetentem pro competente, v. gr. ex comparitione ejus in judicio incompetenti

vel neceſſaria, qua ſaepius aliquis litigans ex diſpoſitione legum judicem incompetentem pro competente agnoſcere debet. Haec obvenit in reconventione. Reconventio vero eſt actio rei contra priorem actorem in eo-

 dem

dem foro, quo reus antea fuit conventus, instituta.

V) *vel ecclesiastica*, quae a Consistoriis exercetur;

vel secularis, quae a judice seculari in personas et res seculares exercetur. Haec competit v. gr. Praefectis, justitiariis, senatui oppidano, etc. Haec est

vel alta, *s. criminalis*, *s. superior*, ad quam pertinent causae criminales majoris momenti; dicitur germanice Malefiz- Peinliche- Hals- Ober- Gerichte.

vel bassa, *s. inferior*, *s. civilis*, ad quam pertinent causae civiles in genere, et criminales minimi momenti, v. gr.

1) anticipatus concubitus,
2) furtum infra 4 grossos,
3) injuriae leviores.

Haec dicitur germanice Erb- Voigtey- Nieder-Gerichte, et in dubio praesumitur. [22])

VI) *vel personalis*, *s. administratoria*, quae alicujus personae inhaeret, et cum ea exspirat; talis competit Praefectis in Saxonia, etc.

vel patrimonialis, *s. realis*, quae praedio alicui competit, et ad quoscunque possessores hujus praedii transit. Haec est

vel allodialis, quae praedio allodiali;

vel feudalis, quae praedio feudali inhaeret.

Jurisdictio patrimonialis orta est ex concessione principum, non vero ex dominica potestate veterum. (Dissentit Heineccius. Vid. eius Dissert. de hac re.)

VII) *vel universalis*, quae alicui sine restrictione competit;

vel particularis, quae cum certa restrictione alicui competit.

Haec

22) Cnf. Ordin. Nov. de 1555. sub titulo: Was zu Ober- Nieder- und Erbgerichten gehört.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0024
DFG

Haec eſt

vel localis, ſi ad certum tantum locum extenditur, huc Pfahl-Gerichte;

vel perſonalis, ſi tantum ad certas perſonas reſtringitur, huc jurisdictio academica, militaris;

vel realis, ſi tantum ad certas res competit, huc jurisdictio metallica, foreſtalis, etc. pertinent.

c) COMPETENTIA eſt conditio, qua judex a cauſae cognitione et deciſione alios judices poteſt excludere. Hic ſemper ſpectandum eſt judicium Rei, ſecundum regulam: actor debet ſequi Rei forum.

LOCVS, ubi judex competens jurisdictionem exercet, dicitur *forum*.

FORVM eſt

1) *vel immediatum*, quod quis per ſe ipſum agnoſcere debet;
vel mediatum, quod alicui ex perſona alterius competit; v. gr. mulieri ex perſona mariti, heredibus, etc.

2) *vel commune*, quod quis ex jure communi ſortitur. Hoc eſt

vel generale, in quo omnes actiones contra aliquem, ſine exceptione, poſſunt inſtitui. Huc pertinet

1) *forum domicilii*, quod alicui competit in eo loco, ubi domicilium ejus conſtitutum eſt. Hoc erat olim

vel commune, quod civibus romanis ex jure romano Romae competebat; hoc hodie non valet;

vel proprium, *ſ. habitationis*, *ſ. accidentale*, quod quis in eo loco ſortitur, ubi ſedem ſuam fixit. Hoc fit

1) vel per declarationem,

 2) vel

2) vel per commorationem, ad quam jure romano 10 anni, jure saxonico 2 anni requiruntur.

2) *forum originis, s. naturale, s. paternum, s. maternum*, quod alicui competit in eo loco, ubi pater vel mater jus civitatis habuit. Hoc valet tantum tamdiu, quamdiu aliquis forum domicilii non habet, nam forum domicilii tollit forum originis; [23])

3) *forum apprehensionis*, quod obvenit in vagabundo. Vagabundus est ille, qui in nullo loco diu commorari solet, et qui nullibi habet sedem fixam. Hic potest conveniri, ubi apprehenditur. [24])

vel forum speciale, ubi aliquis tantummodo ratione certarum actionum potest conveniri. [25]) Huc pertinent

1) *forum contractus*, quod est in illo loco, ubi contractus quidam est perfectus. [26]) Hic requiritur,

a) ut contractus non cum advena sit initus;

b) ut prima citatio in loco contractus ipso reo possit insinuari;

c) ut agatur ad consummationem contractus. Nam si agitur ad rescindendum contractum, tunc actio instituenda est in foro generali.

2) *fo-*

23) Cfr. Krausii Proc. Proleg. §. 30. Bergeri Oecon. jur. 4, 4, 1, 3.
24) Cfr. Berger. l. l. 4, 4 1, 6.
25) Cfr. Krauf. l. l. §. 31.
26) Cfr. Berger. l. c. 4, 4, 2, 1. 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0026
DFG

2) *forum rei sitae*, est ille locus, ubi res, de quibus lis est, sitae inveniuntur, sive existunt.[27]) In hoc foro instituuntur

a) actiones reales;
b) actiones mixtae;
c) actiones in rem scriptae;
d) actiones praeparatoriae.

3) *forum delicti*, est ille locus, ubi delinquens potest conveniri et puniri.[28]) Hoc est

vel delicti commissi, ubi delictum est peractum;

vel apprehensionis, ubi delinquens, qui fugam cepit, apprehenditur. Hic saepius obvenit remissio delinquentis ad forum delicti commissi. Haec remissio est

vel voluntaria, si ex judicis arbitrio dependet, num velit remittere delinquentem, an non: Haec obvenit in regula jure saxonico.

vel necessaria, si judex ex lege vel alio modo obligatus est ad remittendum delinquentem; talis obvenit[29])

1) jure romano semper,

2) jure

27) Cfr. Krausii Proc. Prol. §. 33.
28) Cfr. Berger. l. l. 4, 4, 2, 4.
29) Id. ib. 4, 4, 2, 5.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0027
DFG

2) jure saxonico,
a) si delinquens post examen summarium aufugit;
b) si ex praefectura fugam cepit;
c) si consuetudo adest remissionis;
d) si pactum de remissione factum est.

4) *forum continentiae*, ubi causae connexae sunt peragendae. [30]) Hoc forum oritur
a) *ex generalitate actionis competentis.* Haec est
vel subjectiva, si plures personae, sub diversis jurisdictionibus existentes, convenendae sunt;
vel objectiva, si plures res, sub variis jurisdictionibus sitae, in litem deducuntur.
b) *ex singulari cognatione*, quae obvenit
1) inter possessorium et petitorium;
2) inter actiones praeparatorias et principales. [31])
Hoc forum jure romano erat necessitatis, jure hodierno est voluntatis, scilicet, reus debet exceptionem opponere, alias judex non attendit. [32])

5) *fo-*

30) Cfr. Krauf. l. l. §. 35. Menckenii Pand. 5, 1, 40.
31) Cfr. Berger l. l. 4, 4, 2.
32) Cfr. Krauf. l. c.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0028
DFG

5) *forum prorogatum*, eſt ille locus, ubi quoque coram judice, alias incompetente, res quaedam poteſt peragi. [33]) Hoc eſt

vel voluntarium, ex arbitrio rei;

vel neceſſarium, ex lege. Hoc obvenit in reconventione.

Quoties quis poteſt favori ſuo renunciare, toties forum prorogatum voluntarium obtinet. Favor eſt

vel perſonae; huic poteſt renunciari in ſpecie, non in genere;

vel rei, huic non poteſt renunciari. [34])

Prorogatio fori patrimonialis hodie quoque valet. [35])

6) *forum privilegiatum, ſ. ſingulare*, ubi res quaedam ex jure ſpeciali debet peragi. [36]) Hoc eſt

vel reale, cujus ſpecies ſunt

a) *forum metallicum*, ubi cauſae metallicae,

b) *forum foreſtale*, ubi cauſae foreſtales,

c) *forum feudale*, ubi cauſae circa feudum obvenientes ventilari debent, etc. [37])

vel

33) Cfr. Krauſii Proc. Prol. §. 36.
34) Cnf. Ludovici Compend. ff. 2, 1, 10. 11.
35) Leyſer 29, 8. Hommelii Rhapſ. Obſ. 197. Diſſentit Berger et Krauſe.
36) Cfr. Krauſ. l. l. §. 38.
37) Cfr. Bergeri Oecon. jur. 4, 4, 3.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0029
DFG

vel personale, ubi quaedam personae conveniri debent. Huc pertinet

a) *forum clericorum*, quod in regula est coram Consistorio, ubi non solum clerici ipsi, sed quoque eorum famuli sunt conveniendi; [38])

b) *forum Academicorum*, quod in regula est coram Rectore vel coram Decanatu. [39]) Circa famulitium Academicorum in Saxonia distingue ita:

Vitebergae famulitium Academicorum in foro academico,

Lipsiae vero coram Senatu est conveniendum.

Academici vero sunt triplicis generis:

1) *incorporati*, huc Professores ordinarii, Quaestores academiae, et ministri publici;

2) *incorporati*, huc Professores extraordinarii, Doctores, aliique Docentes in academiis;

3) *actu studentes*, huc studiosi pertinent.

c) *forum*

38) Cfr. Ludovici ff. 5, 1, 24.
39) Cfr. Mencke ff. 5, 1, 44.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0030
DFG

c) *forum militum*, hoc est

vel superius; huc General-Kriegsgericht, ubi praefecti majores, Stabs-Officiere, et alii dimissi pensionarii sunt conveniendi;

vel inferius; huc Regiments-Gericht, ubi præfecti minores et reliqui conveniuntur. [40])

Honeste dimissi non pensionarii subsunt Curiis provincialibus et Regimini in Saxonia. Gregarii dimissi subsunt judicio ejus loci, ubi commorantur.

d) *Forum Consiliariorum Principis, et DD. juris Dresdae viventium*, est Regimen Provinciale.

e) *Forum Aulicorum* in Saxonia est Judicium Mareschallicum.

f) *Forum personarum miserabilium*, est suprema instantia. [41])

Per-

40) Cfr. Mencke D. 5, 1, 45.
41) Cfr. Berger Oec. Jur. 4, 4, 3.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0031
DFG

Perſonae miſerabiles ſunt

1) ratione aetatis, pupilli;
2) ratione ſexus, viduae;
3) ratione fortunae, coeci, ſurdi, muti, mente capti, etc.

D) OFFICIVM JVDICIS eſt complexus actuum a judice expediendorum. [42])
Hoc eſt

1) *vel nobile*, quod judex proprio motu exercet.
Huc pertinet,

a) rejectio libelli inepti, et remediorum inadmiſſibilium;
b) rejectio interrogatoriorum criminoſorum, ineptium, et impertinentium;
c) non admiſſio teſtium inhabilium; [43])
d) tentatio amicabilis compoſitionis partium litigare volentium; [44])
e) regiſtraturae confectio de tentata amicabili compoſitione, ſub poena 5 thalerorum; [45])
f) affixio citationis in concurſu creditorum eodem die pluribus locis, ſub poena 10 thal. [46])
g) praefixio termini productionis intra 3 ſeptim. ab exhibitis articulis; [47])
h) transmiſſio copiae ſchedulae Leuterationis, ſub poena 5 thal. [48])

vel

42) Cfr. Hommelii Artem referendi, 1, 3, 35.
43) Vid. Ord. Proc. Rec. T. 22. §. 1.
44) Vid. Ord. Recogn. 1, 2.
45) Ibidem.
46) Vid. Ord. Rec. 39, 13.
47) Ord. Rec. 20, 7.
48) Cnf. Wernheri Compendium juris, in indice poenarum.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0032
DFG

vel mercenarium, quod judex tantum ad preces alicuius exercet. Huc pertinet

a) citatio rei;
b) examen teſtium in cauſa civili;
c) conceſſio dilationis;
d) decretum ad executionem.

2) *vel generale*, quod judex per totum proceſſum poteſt exercere, v. gr. in citatione;

vel ſpeciale, quod tantum in certo puncto proceſſus obvenit, v. gr. ſententiae dictio.

Perſonae judicantes minus principales ſunt [49])

I.) ACTVARIVS, qui eſt perſona, publica auctoritate conſtituta, ad actus, coram judicio geſtos, conſignandos. Dicitur quoque in quibusdam judiciis Protonotarius, Syndicus, Polygraphus, etc.

Actuarius eſt

vel ordinarius, qui omnes actus coram judicio geſtos poteſt conſignare. Hujus requiſita ſunt, ut

1) ſit legitimatus ad praxin, et in ea exercitatus; [50])
2) ſit juratus; [51])
3) ſit Notarius publicus immatriculatus, ſcilicet in criminalibus; excipe
Auditores militum, qui non opus eſt ut ſint Notarii. [52])

49) Cfr. Kaeſtneri Proc. 1, 15.
50) Vid. Ord. Proc. Rec. t. 2. §. 1.
51) O. P. S. tit. II.
52) Cfr. Ord. Vet. et Rec. T. 2. §. 1. 2. ſqq. Deciſ. Elect. 38. Reſcr. de 1718.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0033
DFG

vel Vice-Actuarius, qui tantum actus minoris momenti in judicio consignare potest. Hic debet esse examinatus, saltim pro praxi, et juratus. [53])

Officium Actuarii est,

1) ut acta conficiat, et conservet;

2) ut registraturas conficiat de actibus coram judicio gestis.

Registratura est consignatio actuum coram judicio gestorum, a persona jurata confecta.

Requisita registraturae sunt: [54])

1) annotatio praesentium personarum judicantium in margine facta;

2) annotatio loci confectionis;

3) temporis mentio;

4) circumstantiae et narratio rei gestae;

5) praelectio registraturae;

6) notatio praelectionis factae;

7) subscriptio Actuarii, et quidem in criminalibus, nomine Notarii publici, sub poena 5 thal.

In criminalibus quoque subscriptio reliquarum personarum judicialium requiritur; in civilibus haec subscriptio non est necessitatis, sed tamen consilii.

Ad personas judicantes minus principales pertinent

II.) ASSESSORES, s. SCABINI, [55]) hi sunt

vel ordinarii, qui ordinarie adsunt in judicio;

vel extraordinarii, qui tantum certo quodam casu adesse debent.

53) Cfr. Mandatum de 1747.

54) Cfr. Ord. Rec. T. 2. §. 6.

55) Cfr. Krausii Proc. Proleg. §. 41.

Requi-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0034
DFG

Requisita Scabinorum sunt:

1) fama integra;
2) scientia scribendi et legendi;
3) aetas major;
4) sexus masculinus;
5) visus, auditus, etc.
6) ut sint jurati. [55])

Officium Scabinorum est,

1) ut actibus criminalibus majoris momenti interfint, et registraturas subscribant; [56])
2) ut in testamenti factione extrajudiciali coram judicio confecto adsint, etc.

Ad personas judicantes minus principales referuntur

III.) NVNTII, s. APPARITORES, qui jussum judicis partibus notum faciunt. Sunt autem nuntii

1) *vel ordinarii*, hi sunt
   vel lictores,
   vel carcerarii;
   vel extraordinarii;
2) *vel excurrentes*;
   vel non excurrentes.

Excurrentes sunt
   vel equestres,
   vel pedestres. [57])

Requisita nuntiorum sunt
   1) integra fama;
   2) ut sint jurati, [58]) et
   3) masculi.

55) Vid. Ord. Proc. Vet. et Rec. T. 2. Offi-
56) Cfr. Generale de 1783.
57) Cfr. Krauf. Proc. Prol. §. 50.
58) Vid. Ord. Jud. Appell. de 1734. sub titulo: Von Bothen.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0035
DFG

Officium nuntiorum inprimis est,

1) ut citationes partibus insinuent;
2) inspectionibus ocularibus, et
3) perscrutationibus domesticis interssint;
4) pignora capiant pro vectigalibus et tributis.

Relatio eorum ratione officii sui plenam fidem habet, admittit tamen contrarii probationem, quae per testes, vel quoque per juramentum virorum proborum fieri potest. [59])

personae litigantes principales [60]) sunt:

I.) ACTOR, qui ab alio quid petit. Hic dicitur pro diversis actibus in processu: *Impetrant*, *Implorant*, *Liquidant*, *Provocant*, *Diffamant*, *Revident*, *Querulant*, *Supplicant*, *Leuterant*, *Appellant*, Kläger, et in criminalibus Ankläger, *Denunciant*, etc.

Est

vel necessarius, qui ad agendum est obligatus. Hoc obvenit

1) *ob pactum* ad agendum initum cum altero;
2) *ob officium*, v. gr. fiscalis;
3) *ob provocationem* ex Lege: Diffamari, vel ex Lege: Si contendat; [61])

vel voluntarius, ex cujus arbitrio dependet, num velit agere, an non. Talis ordinarie est actor.

Requisita actoris sunt,

1) ut habeat intellectum; hinc agere non possunt
   a) furiosi;
   b) mente capti;
2) sit majorennis;
3) masculus; excipe, si foemina illustris est, et jurisdictionem habet, tunc quoque foemina potest agere;
4) non prodigus juridice talis;
5) non excommunicatus;
6) non bannitus. [62])

Officia

59) Cfr. Griebneri Proc. 1, 1, 2, 7. b.
60) Cfr. Krauf. Proc. Prol. 51.
61) Cfr. Hellfeldii D. 5, 1. §. 532.
62) Cfr. Cl. Hellfeldii Iurispr. for. l. c. §. 929.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0036
DFG

Officia actoris sunt

vel communia, quae saepius in processu obveniunt peragenda; s. quae Reo quoque incumbunt;

vel propria, quae tantum in certo actu sunt observanda, et quae Reo non incumbunt.

Ad illa pertinet,

1) ut citatus in persona, compareat, sub poena 5 thalerorum;
2) ut terminum non circumducat, sub poena 5 thal.
3) ut contra judicem injustas querelas non moveat, sub poena 5 thal.
4) ne advocato multam restituat, sub poena dupli;
5) ut testes et documenta producat in termino;
6) terminum juratorium petat;
7) juramentum calumniae praestet;
8) conditioni, in sententia injunctae, in proximo termino satisfaciat, sub poena 5 thal.

Ad haec pertinent, ut

1) actionem instituat, et libello subscribat;
2) citationem rei, et termini constitutionem petat;
3) cautionem pro expensis, et Ord. Vet. quoque pro reconventione, praestet;
4) reum ad litis contestationem provocet, replicet, et triplicet;
5) libellum non mutet, sub poena 10 thal. [63])
6) heres, aut cessionarius, in primo termino se ad causam legitimet, sub poena 5 thal. [64])
7) expensas liquidet in executivo processu ante sententiam condemnatoriam, sub earum amissione. [65])

II.) REVS,

63) O. R. S. 5. §. ult.
64) O. R. app. § 7.
65) Ibidem §. 10. Cnf. Wernheri Compendium juris, in indice poenarum p. 355 sqq.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0037
DFG

II.) REVS, est ille, a quo aliquid petitur. Hic dicitur pro diversis actibus: *Impetrat*, *Implorat*, *Liquidat*, *Provocat*, *Diffamat*, *Querulat*, *Leuterat*, *Appellat*, *Product*, Beklagter, etc. et in criminalibus *Inculpat*, *Inquisit*, etc. Angeklagter.

Requisita Rei sunt,

1) ut habeat intellectum; hinc non agitur contra
   a) furiosos;
   b) mente captos; } bene vero contra eorum tutores.
   c) minores; }
2) ut gaudeat facultate disponendi de re litigiosa; hinc
   a) non agitur contra filiumfamilias ratione peculii profectitii et adventitii regularis, sed hoc casu agendum contra ejus patrem;
   b) nec agi potest contra prodigum, sed contra ejus curatorem; excipe,
      α) in causis spiritualibus,
      β) in criminalibus,

      contra prodigum atque minores etc. ipsos potest agi.
   c) actio institui cum effectu nequit contra foeminam solam, sed simul contra maritum vel curatorem, qui de ejus bonis disponere potest, agendum;
   d) olim jure romano non contra servos agi poterat, sed contra eorum dominos agendum erat. [66])

Officia Rei sunt quoque

vel communia, quae et actori incumbunt. Huc pertinet
1) comparitio in termino, das Angeben;
2) ut terminum non circumducat, etc.

vel propria, quae tantummodo reo, non vero actori incumbunt. Huc inprimis pertinet,
1) ut exceptiones alleget;
2) Litem contestetur;

66) Cfr. Mencke D. 5, 1. §. 19 sqq.

3) ci-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0038
DFG

3) citationes sibi insinuatas cohaeredibus communicet, et hoc ad acta referri curet, sub poena 5 thal.

4) auctorem nominet ante primum terminum, sub poena 5—10 thal. [67])

Personae litigantes minus principales, s. accessorii, sunt:

I.) ADVOCATVS, [68]) qui est persona, quae causas clientum in judicio proponit, eorumque jura defendit. Dicitur *Patronus causarum*, *JCtus*, *Juris Practicus*, germanice Rechts-Consulent, Rechtsfreund.

Est

a) *vel ordinarius*, qui ad certum numerum, in certo quodam loco constitutum, pertinet, et in regula aliorum causas defendit;

vel extraordinarius, qui ad numerum, in certo loco constitutum, proprie non pertinet, nec in regula aliorum causas defendendi permissionem habet; [69])

b) *vel inferioris judicii*, *s. communis*, qui coram judiciis inferioribus omnibus alicujus territorii, causas potest defendere;

vel superioris judicii, *s. specialis*, qui quoque in certo judicio superiori causas peragit. Tales Advocati sunt

vel imperiales, huc

a) Advocati Camerae Imperialis;

b) Advocati judicii Aulici Imperii;

vel provinciales, huc v. gr. Saxonici, qui sunt

a) Advocati Regiminis Provincialis;

 b) Ad-

67) Cfr. Wernheri Comp. jur. in ind. poen.
68) Cfr. tit. D. de postulando.
69) Cfr. Ludovici D. L. 3. Tit. 1. §. 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0039
DFG

b) Advocati Conſiſtoriales;

c) Advocati Curiarum Provincialium.

Requiſita Advócati ſunt:

1) major aetas, *jure ſaxonico* 21 annorum, *jure romano* 17 annorum;
2) ſexus maſculinus;
   excipe, in rebus ſuis poteſt quoque foemina aliquatenus agere;
3) juris ſcientia, examen, et immatriculatio;
4) viſus;
5) auditus;
6) religio chriſtiana;
7) fama integra;
8) ſit laicus;
   excipe, in rebus ſuis Clericus quoque poteſt agere.

Praeterea in Camera Imperii et quibusdam aliis judiciis provincialibus requiritur

9) promotio academica,
10) nativitas legitima. [70])

Arcentur ab Advocatura

1) *in genere*, qui requiſita Advocatorum non habent.
   Huc pertinent
   a) minores;
   b) foeminae;
   c) haeretici;
   d) infames;
   e) clerici, etc. etc.

2) *in ſpecie*, h. e. in certis cauſis, ii arcentur, quorum officium in quadam re litigioſa cum Advocatura collidit. Hinc Advocati eſſe non poſſunt
   a) judex

70) Cfr. Ludovici D. I. c. §. 3.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0040
DFG

a) judex in causa, quae coram ejus judicio ventilatur;

b) Assessores judicii, in quo res ventilatur;

c) arbitri in causis coram iis gestis;

d) Actuarii in causis, ubi registraturas confecerunt;

e) Notarii, in causis, ubi instrumenta confecerunt. [71])

Officium Advocatorum est

in genere, ut causis in judicio proponant, et jura defendant. Huc versus pertinet:

Rite, brevis, diligens, et candidus esto Jurista,
Fidelis, constans, modestus lite gerenda.

In specie ad officium Advocati pertinet,

sub poena 5 thal
1) ut clienti culpam levissimam praestet;
2) nomen suum libello subscribat;
3) mandata exhibeat in prima saltem positione;
4) nomina clientum et familias nobilium in fronte primae positionis exprimat;
5) Litem rite contestetur;
6) folia recte alleget;
7) documenta sub licitis signis inducat;
8) vitia Litis contestationis specifice indicet;

sub poena 5 thal. aut suspensione et remotione.
9) amicabilem compositionem non impediat;
10) notoria non neget;
11) jusjurandum calumniae praestare non recuset;
12) pauperibus patrocinium non deneget;
13) crimen praevaricationis non committat;

 14) li-

71) Cfr. Ludovici ff. l. c. §. 3. 4.

sub poena 10 thal. { 14) libellum non mutet;
15) non proponat jura clientum secunda vice sine mandato. [72])

Cessat officium Advocatorum

1) in causis minutissimis; [73])
2) in causis injuriarum; [74])
excipe, quoad defensionem;
3) in causis criminalibus; [75])
excipe, quoad defensionem;
4) in furto lignorum fluviatilium. [76])

Salarium Advocatorum est [77])

vel annuum, hoc statim cedit ab initio anni;

vel singulare, quod pro singulos actus solvitur. Hoc determinatur secundum Taxas provinciales; huc inprimis pertinet quoad judicia inferiora Taxa de 1764, quoad Curias Provinciales in Saxonia Taxa de 1783.

Differunt a salario

1) *Quota Litis*, quae est certa pars cum lite proportionata, v. gr. $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{4}$;
2) *Palmarium*, est donum in casum victoriae Advocato promissum.

Haec non sunt licita, sed honorarium, seu donum post litem datum licitum est. [78])

Remedia ad salarium accipiendum sunt:

1) *actio personalis*, quae
a) potest institui in foro litis gestae,
b) et processu executionis ventilari; [79])
2) re-

72) Cfr. Wernheri Comp. juris in indice poen.
73) Vid. Nov. 17. c. 3.
74) Vid. Mandat. Sax. de 1714.
75) Cfr. Generale de 1783.
76) Mand. de 1682.
77) Cfr. Ludovici D. l. c. §. 9 sqq.
78) Id. ib. §. 11 sq.
79) Vid. Ord. Rec. 7, 14.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0042
DFG

2) *retentio actorum*, scilicet privatorum, usque ad solutionem salarii factam. [80])

II.) PROCVRATOR, est persona, cui alicujus negotia gratis expedienda sunt demandata. Dicitur quoque *mandatarius*, germanice Anwald. [81])

Est

1) *vel in rem suam*, si alterius negotia ad suam ipsius utilitatem peragit;

vel in rem alienam, si negotium ad utilitatem alterius expedit;

2) *vel judicialis*, qui constituitur in judicio;

vel extrajudicialis, qui extra judicium constituitur.

3) *vel cum libera*, si ejus mandatum clausulam: Cum libera etc., continet;

vel sine libera;

4) *vel universalis*, qui ad omnes lites constituitur;

vel generalis, qui ad certam litem constituitur;

vel specialis, cui actus specialis in lite demandatur;

5) *vel successive constitutus*;

vel simultaneus. Tales sunt

vel in solidum,

vel conjunctim,

vel conjunctim et separatim constituti.

Ultimum fit secundum Ordin. Proc. Recogn. T. 7. §. 3.

Requisita Procuratoris sunt, ut in regula

1) sit sanae mentis;
2) 21 annos natus;
3) masculus;
4) integrae famae;
5) laicus;

6) non

80) Cnf. Ludovici l. c. §. 14.
81) Cfr. Tit. D. de procuratoribus.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0043
DFG

6) non miles, ſed paganus;
7) negotiorum peritus. [82])

Officium Procuratoris eſt,

1) praeſtatio culpae leviſſimae;
2) expeditio negotiorum demandatorum;
3) legitimatio ad proceſſum tempeſtiva.

Legitimatio eſt actus, quo quis demonſtrat, ſibi eſſe jus agendi. Eſt

vel legitimatio ad cauſam, qua quis demonſtrat, ſibi eſſe jus agendi proprio nomine; haec fit ab haeredibus et Ceſſionariis;

vel legitimatio ad proceſſum, qua quis docet, ſibi eſſe jus agendi alieno nomine; haec fit a Procuratore, Syndico, actore.

Medium legitimationis, a procuratore peragendae, eſt Mandatum.

Mandatum eſt

1) Contractus conſenſualis de negotio honeſto, gratis expediendo, alicui commiſſo. [83])
2) Declaratio, qua procurator conſtituitur.

Dividitur

1) *in tacitum*, ſi declaratio ex factis mandantis colligitur, v. gr. ex ſilentio;

et expreſſum, ſi mandans verbis ſe declarat. [84])
Hoc eſt

a) *vel*

82) Cfr. Mencke ff. 3, 3, 11 ſqq.
83) Cfr. Kaeſtneri Proc. 10, 2.
84) Cfr. Menckenii D. 3, 3, 4.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0044
DFG

a) *vel judiciale*, si mandans in judicio se declarat de negotio alicui demandato; tunc desuper registratura conficitur;

vel extrajudiciale, si mandans extra locum judicii alicui negotium committit;

b) *vel publicum*, si declaratio de negotio commisso a persona publica annotatur. Hoc fit

α) a judice,

β) a Notario coram 2 testibus;

vel privatum, si declaratio de negotio commisso a privata persona in scripturam redigitur, v. gr. ab Advocato, vel a cliente ipso.

Mandatum publicum opus est, si quis scribere nescit. [85])

2) *in generale*, quod continet actus generales. Actus generalis est, ex quo mandanti praejudicium non potest oriri.

speciale, quod continet actum specialem. Actus specialis est, ex quo mandanti quoddam damnum flui potest. [86])

specialissimum, quod continet actum specialissimum. Actus specialissimus est, ex quo mandanti magnum praejudicium vel damnum potest oriri. [87])

Tales

85) Ord. Rec. 7, 1.
86) Cfr. Ludovici D. de Procur. §. 11.
87) Cfr. Krauf. Proc. 1, 2, 4, 9.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0045
DFG

Tales actus specialissimi in Saxonia sunt:

1) transactio de tota lite,
2) renunciatio litis,
3) remissio juramenti, idque pro praestito habere;
4) documenta pro editis et recognitis habere,
5) copias pro originalibus agnoscere,
6) acceptatio pecuniae et aliarum rerum. [88])

Mandatum generale est

vel verum, quod consensu mandantis declarato nititur;

vel praesumtum, quod legis dispositione fundatur, et ex quo aliquis sine alterius declaratione, de negotio facta, negotium expedire potest. [89])

Ex mandato praesumto comparere et agere possunt

1) consanguinei,
   a) in linea recta in infinitum, [90])
   b) in linea collaterali usque ad 3tium gradum inclusive computationis civilis; [91])
2) ma-

88) Vid. Ord. Recogn. 7, 2.
89) Cfr. Krauhi Proc. 1, 2, 4, 16. sqq.
90) L. 35. D. de procurat.
91) Cfr. Krauf. l. l.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0046
DFG

2) maritus pro uxore, non vice versa, et quidem sine discrimine bonorum uxoris, secundum Ordinat. Proc. Recogn. [92]) secus vero secundum Ord. Proc. Vet. [93])

3) Litis consortes; tales sunt, qui idem lucrum et idem damnum ex eadem re habent; [94])

4) affines, nempe socer, gener, [95]) et secundum Ord. Proc. recogn. [96]) quoque vitricus, et privignus, sed tantum tamdiu, quamdiu durat affinitatis vinculum. [97])

Mandatum speciale est quoque

vel expressum, si actus speciales nominatim sunt expressi,

vel tacitum, si actus speciales per clausulam: Cum libera, sunt in mandato contenti. [98])

3) *in Mandatum legitimum*, quod omnia requisita habet,

et mandatum mancum, quod uno vel altero requisito caret. Huc pertinet charta blanca,

92) Vid. Ord. Proc. Rec. t. 8. §. 1.
93) v. tit. 8. §. 2.
94) Cfr. Krausii Proc. l. c. §. 18.
95) Vid. Ord. Proc. Vet. 7, 2.
96) v. Tit. 7. §. 3.
97) Cfr. Krausii Proc. l. c. §. 16.
98) Cfr. Kaestneri Proc. 10, 17.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0047
DFG

ca, ſi mandatum nondum eſt extenſum [99]).

Requiſita mandati ſunt:

1) nomen mandantis,
2) nomen mandatarii,
3) nomen judicis,
4) nomen Rei,
5) cauſae litigioſae deſcriptio,
6) actus peragendi,
   a) in mandato generali, expreſſione in genere, non nominatim, facta;
   b) in mandato ſpeciali,
      vel omnibus actibus ſpecalibus nominatim expreſſis;
      vel uno actu ſpeciali expreſſo, et clauſula: cum libera, adjecta; [100])
   c) in mandato ſpecialiſſimo, omnibus actibus ſpecialiſſimis, qui peragendi ſunt, expreſſis verbis nominatis; [101])
7) tempus,
8) locus,
9) ſubſcriptio, et Ordin. Vet. [102]) ſubſignatio.

Requiſita in mandato manco et praeſumto:

1) actus generalis tantum expediatur; [103])
2) cautio rati praeſtetur. Haec in ſe continet pretium 10—30 thalerorum, [104]) et fit in eventum ratihabitionis mandantis non factae.

Exſpirat mandatum [105])

1) morte mandantis et mandatarii;

2) re-

99) Cfr. Kaeſtneri Proc. c. 11.
100) Ibid.
101) Vid. Ord. Proc. Rec. T. 7. §. 2.
102) Vid. Tit. 7. §. Da auch ꝛc.
103) O. P. R. tit. 8. §. 3.
104) Ibid. tit. 7. §. 3.
105) Cfr. Kauſii Proc. 1, 2, 4, 22.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0048
DFG

2) renunciatione mandatarii. Haec debet esse
   a) tempestiva,
   b) ex justa causa;
3) revocatione mandantis. Haec debet esse
   a) tempestiva,
   b) notificata mandatario;
   c) post constitutum alium mandatarium;
   d) mandans sit sub judicis jurisdictione; [106])
4) mutuo dissensu;
5) finito negotio.

Tempus legitimationis peragendae est
vel in traditione ipsius libelli,
vel in primo quoque termino. [107])

Cessat officium procuratorum
1) in criminalibus; [108])
2) ad amicabilem compositionem in primo termino; [109])
3) in cambialibus;
4) in causis minutissimis; [110])
5) in causis injuriarum, ratione injuriantis. [111])

III.) SYNDICVS est procurator universitatis. [112])
Universitas est societas hominum a principe ad certum finem confirmata. Haec est
vel ordinata, si unus vel plures in universitate jurisdictionem exercent in reliquos;

106) Cfr. Ord. Rec. T. 7. §. 4.
107) Ibidem §. 1.
108) v. l. 13. §. 1. ff. de publ. jud.
109) Cfr. Ord. Proc. Rec. T. 1. §. 1.
110) Nov. 17. c. 3.
111) Vid. Ord. Rec. App. Mand. n. 14.
112) Cfr. tit. D. quod universit. nomine.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0049
DFG

vel non ordinata, si quisque eorum aequalia habet jura. [113])

Dividitur Syndicus

1) *in generalem*, cui omnia negotia universitatis sunt demandata. Talis in Saxonia regulariter non habet locum, excipe,
   a) a Capitulis ecclesiasticis,
   b) a Senatu oppidano,
   c) ab Academiis,
   talis potest constitui; [114])

   et specialem, cui certa tantum negotia sunt demandata ab universitate quadam;

2) *in judicialem*, qui in judicio constituitur,

   et extrajudicialem, qui extra judicium negotia demandata accipit;

3) *in publicum*, qui syndicatu publico constituitur,

   et privatum, qui syndicatu privato gaudet.

Requisita Syndici sunt eadem, quae in Procuratore opus sunt.

Officium Syndici est,

1) ut summam diligentiam adhibeat in negotiis universitatis peragendis, [115])
2) tempestive se legitimet. [116])

Medium legitimandi Syndici est Syndicatus. [117])

Instrumentum Syndicatus est ea declaratio, qua Syndico negotia universitatis demandantur. Est

vel

113) Cfr. Ill. Hellfeld D. §. 88.
114) Cfr. Generale de 1753.
115) v. l. 13. Cod. de mandat.
116) Ordn. Rec. 7, 1.
117) Cfr. Griebneri Proceff. 1, 2, 3, 14.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0050
DFG

vel publicum, quod fit a judice, et a Notario coram 2 testibus;

vel privatum, quod ab universitate ipsa conficitur.

Requisita instrumenti syndicatus sunt:

1) omnia requisita mandati, [118])
2) convocatio omnium membrorum universitatis ad Syndicatum constituendum facta; [119])
3) praesentia duarum partium tertiarum, hic personae numerantur, non praedia; [120])
4) majora vota. [121])

Subscriptio Syndicatus est

vel generalis, quae fit nomine collectivo; haec in universitatibus majoribus sufficit;

vel singularis, quae fit ab omnibus membris universitatis; haec opus est in universitatibus minoribus. [122])

Exspirat syndicatus instrumentum

iisdem modis, quibus mandatum exspirat. [123])

Differt Syndicus a procuratore

1) ratione solennitatum,
2) ratione restitutionis in integrum; scilicet ob negligentiam Syndici, universitas semper

118) Cfr. Ordinat. Processus Rec. 7, 6.
119) L. 2. C. de decur.
120) Cfr. Bergeri Oec. Jur. edit. Winckleri.
121) Ord. P. R. l. l.
122) Cfr. Griebneri Proc. 1, 2, 3. 14. e.
123) Cfr. Mencke D. l. 3. t. 4. §. 8.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0051
DFG

per potest in integrum restitui, [124]) sed ob negligentiam procuratoris mandans in regula in integrum non restituitur, nisi

a) procurator non sit solvendo, aut

b) pro excusso habeatur. [125])

IV.) TVTOR est persona, quae peragit negotia pupillorum. [126])
Tutores sunt

1) testamentarii,
2) legitimi,
3) dativi, et secundum jus Saxonicum
4) pacitii. [127])

Officium eorum est,

1) ut magnam diligentiam adhibeant in peragendis negotiis pupillorum, etc.
2) ut se legitiment ad processum.

Medium legitimandi Tutorum est *Tutorium*; [128]) hoc est scriptura, qua probatur, aliquem esse tutorem constitutum. Hujus *contenta* sunt:

a) nomen judicis;
b) nomen pupilli;
c) nomen Tutoris,
d) constitutionis et confirmationis mentio;
e) acceptatio tutelae a tutore facta;
f) promissio stipulata manu tutoris de negotiis pupilli rite peragendis;
g) locus, tempus;
h) subscriptio judicis, et saepius subsignatio.

Tempus legitimationis est terminus primus, in quo Tutor comparet. [129])

Exspi-

124) Cfr. Bergeri Oecon. jur. 4, 10, 4, 1. et Mencke D. 3, 4, 7.
125) Leyser Spec. 64, med. 3.
126) Cfr. tit. Dig. de tutoribus.
127) Schotti Jus Sax. p. m. 131.
128) Cfr. Kaestneri Proc. c. 13. ubi formulas invenies quoque.
129) Ordin. Proc. Rec. 7, 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0052
DFG

Exſpirat officium tutoris

1) finito negotio,
2) poſt pubertatem pupilli,
3) remotione tutoris,
4) morte pupilli, atque tutoris.

V.) CVRATOR eſt perſona, quae comparet ad negotia

a) minorum, ſcilicet puberum,
b) furioſorum,
c) mente captorum,
d) prodigorum,
e) abſentium,
f) morbo gravi laborantium,
} majorennium,
g) foeminarum, [130])

peragenda in judicio. Eſt jure Romano,

1) legitimus,
2) dativus, et inſuper jure germanico,
3) pactitius.

Officium Curatoris eſt idem ac tutoris.

Legitimatio Curatoris fit per Curatorium.

Curatorium eſt ſcriptura, qua continetur conſtitutio alicujus ad negotia puberum, et majorennium inhabilium, peragenda. *Contenta* Curatorii fere eadem ſunt, quam Tutorii. [131])

Tempus legitimationis Curatoris eſt primus terminus, in quo Curator comparet. [132])

Exſpirat officium Curatoris

1) majorennitate maſculorum ſanae mentis et corporis;
2) reconvaleſcentia furioſorum, mente captorum, et adventu abſentium;
3) finito negotio ſpecialiter commiſſo;
4) morte Curatoris et Curandi.

VI.)

130) Schotti Jus Sax. p. m. 131.
131) Cfr. Kaeſtneri Proc. c. 13.
132) Ordin. Proc. Rec. 7, 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0053
DFG

VI.) ACTOR, [133]) est persona, quae constituitur a non domino ad negotia tertii cujusdam peragenda. Est

vel generalis, cui totum quoddam negotium committitur;

vel specialis, cui tantum certus actus est commissus.

Actor constituitur

1) a procuratore, } sine distinctione, ad actus gene-
2) a tutore, } rales peragendos;
3) a curatore
   a) sine consensu curandae mulieris, ad actum generalem,
   b) cum consensu curandae mulieris, ad actum specialem;
4) a marito, eodem modo, quam a curatore mulieris;
5) a Syndico.

Requisita Actoris sunt eadem, quam Procuratoris.

Officia Actoris sunt eadem, quam Procuratoris, Tutoris, Curatoris, etc.

Medium legitimationis Actorum est

1) *Tutorium*, vel Curatorium, vel Mandatum, vel instrumentum Syndicatus non domini, qui actori negotia commisit;
2) *Actorium*, hoc est illa scriptura, qua probatur, actori certa negotia tertii a non domino esse commissa. [134])

Requisita Actorii sunt:

a) omnia requisita mandati;
b) nomen constituentis non domini;
c) sub-

133) Cfr. Kaestneri Proc. c. 13. §. 15. sqq.
134) Cfr. Kaestneri Proc. c. 13. ubi formulas invenies quoque.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0054
DFG

c) subscriptio non domini
vel solius, si negotia foeminae majorennis non committuntur;
vel cum subscriptione mulieris majorennis, si actus specialis pro ea expediendus committitur.

Exspirat officium Actoris
1) iis modis, quibus officium non domini constituentis cessat;
2) morte actoris ipsius.

VII.) DEFENSOR, qui alterum in judicio defendit, s. est persona, quae inculpati alicujus innocentiam deducere instituit. Est
vel juris romani, qui sine mandato reum in judicio defendit; hic cautionem facere debet
a) in judicio personali, de judicato solvi;
b) in judicio reali, de judicato solvi, et simul de rato;
vel juris saxonici, qui ex mandato reum defendit. Hic cautionem non facit, et obvenit inprimis in processu criminali. [135])

Actus in processu civili sunt
1) *vel substantiales*, qui in processu necessarii sunt; hi sunt
a) *vel absolute tales*, qui in omni processu requiruntur; huc pertinent
α) *libellus*,
β) *citatio*,
γ) *sententia*;
b) *vel secundum quid tales*, qui non in omni processu requiruntur, sed tantum plerumque; huc pertinent
α) *responsio rei*,
β) *probatio*,
γ) *executio*;

135) Cfr. Menckenii D. 3, 3, 17.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0055
DFG

vel accidentales, qui a processu abesse possunt salva continuatione processus; huc pertinent

a) *reconventio*,

b) *interventio*, etc. [136])

2) A) *vel praeparatorii*, quibus processus ad judicium deducitur et incipit; hi sunt

a) *vel essentiales*, qui deesse non debent; tales sunt:

1) *Libellus*,

2) *Citatio*;

b) *vel accidentales*, qui in processu non necessario semper requiruntur; huc pertinent

1) *Exceptio*,

2) *Cautio*,

3) *Litis Contestatio*,

4) *Nominatio auctoris*,

5) *Commissio*;

B) *vel medii*, qui durante processu, et in ejus progressu obveniunt; huc pertinent

1) *Litis contestatio*,

2) *Exceptionum peremtoriarum oppositio*,

3) *Probatio*,

4) *Reprobatio*,

5) *Attestationum publicatio*,

6) *Attestationum disceptatio*, s. Disputatio,

7) *Conclusio*,

8) *Inrotulatio actorum*,

9) *Sententiae dictio*.

C) *vel mixti*, qui partim ante processum proprie inceptum, partim post ejus initium obveniunt; huc pertinent

1) *Dilationis petitio*,

2) *Contumaciae accusatio*,

3) *Juramenti calumniae praestatio*,

4) *Interventio*,

136) Cfr. Kaestneri Proc. c. 1.

5) *Re-*

5) *Reconventio.*
6) *Reaſſumtio*;

D) *vel poſteriores*, qui poſt ſententiam definitivam ordinarie demum obvenire ſolent; hi ſunt

vel ſuſpenſivi, quibus ſententia a re judicata ſuſpenditur; huc pertinent

Remedia;

vel executoriales, quibus condemnatus ad ſatisfaciendum ſententiae cogitur; huc pertinent

1) *Executio*,
2) *Exmiſſio*,
3) *Immiſſio*,
4) *Subhaſtatio*,
5) *Adjudicatio.*

A) Actus praeparatorius eſſentialis eſt igitur

I. LIBELLI OBLATIO.

Libellus eſt conceptio verborum, intentionem actoris contra reum declarans; dicitur germanice Klage. Eſt

1) *vel continuus, ſ. ſimplex*, qui oratione continua proponitur; hic eſt

vel ſcriptus, talis requiritur in Camera Imperii; [137])

vel nuncupativus, talis olim in judicio Mercatorio Lipſienſi requirebatur, hodie non.

Hodie in Saxonia ab arbitrio actoris dependet, num libellum ſcriptum, an nuncupativum offerre velit. Hic in regiſtraturam redigitur.

vel articulatus, qui per articulos proponitur.

Articuli ſunt propoſitiones incipientes voce: Wahr etc.

Talis libellus jure ſaxonico

a) in cauſis civilibus rejicitur, [138])
b) in cauſis criminalibus poteſt offerri, ſed non opus eſt.

2) *vel conventionalis*, qui intentionem Actoris contra Reum continet;

137) Cfr. Kaeſtneri Proc. 3, 3.
138) Conſtit. Electoral. P. 1. conſt. 2. Rec. Imp. de 1654.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0057
DFG

vel reconventionalis, qui intentionem Rei contra priorem Actorem continet. Talis libellus in causis connexis jure saxonico obvenire potest, et in eo Actor dicitur Wiederkläger, Reus vero Wiederbeklagter.

3) *vel civilis*, qui continet causam civilem. Causa civilis est, ubi quis ab altero petit, quod sibi debetur;

vel criminalis, qui continet causam criminalem. Causa criminalis est, quae versatur circa delicta cognoscenda et punienda. [139])

4) *vel ordinarius, s. solennis*, qui in causa ordinaria proponitur. Ad hunc olim certae solennes clausulae et formulae requirebantur, [140]) sed hodie in Saxonia subtilitates juris in libello non attenduntur; [141])

vel summarius, s. minus solennis, qui in causis summariis proponitur. Consistit in quacunque facti narratione, cum petito adjuncto.

Olim definiebatur ita: Libellus ordinarius est, ubi petitur Einlassung, Antwort und Kriegsbefestigung, et libellus summarius, in quo petitur tantum Einlassung und Antwort; [142]) sed haec distinctio merito, inprimis hodie rejicitur. [143])

5) *vel primae Instantiae*, qui ab initio litis in prima instantia proponitur,

vel Appellationis, qui in ulteriori instantia judici offertur; dicitur Appellations-Schedul; [144])

6) *vel Citationis*, in quo petitur

a) admissio libelli proprie sic dicti,
b) constitutio termini,
c) citatio Rei,
d) notificatio actori facienda.

Ad

139) Sic Ill. D. Wiesandius, praeceptor atque fautor mihi omni modo colendus, definire solet.
140) Cfr. Suendendörfer in Proc. Fibigiano c. 2. §. 8.
141) Vid. Ord. Proc. Rec. t. 5. §. 1. Cfr. Krausii Proc. 1, 1, 1, 5.
142) Cfr. Ludovici ff. L. 2. Tit. 13. §. 5.
143) Cfr. Kaestneri Proc. c. 3. §. 7.
144) Vid. Recessus Imperii de 1654 §. 64.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0058
DFG

Ad hunc libellum in Saxonia requiritur charta signata 1 grossi.

vel Actionis, qui ipsam intentionem contra Reum continet, et in quo petitur satisfactio a Reo.

Ad hunc libellum requiritur in Saxonia charta signata 2 grossorum.

Differt libellus citationis et actionis quoque in eo, ut ille in prima persona, hic vero in tertia persona concipiatur.

7) *vel legitimus*, qui requisitis in legibus praescriptis gaudet; talis in processu requiritur;

vel ineptus, qui vitio aliquo laborat, s. in quo requisita legitima desunt. Talis libellus rejicitur.

Requisita libelli sunt: [145])

1) *Exordium*, hoc continet

a) nomen et praenomen Actoris. Plures actores, qui universitatem non constituunt, omnes subscribere debent;

b) nomen et praenomen Rei, atque locum commorationis ejus. Plures Rei, qui universitatem non faciunt, singuli sunt nominandi;

c) nomen judicis, et quidem

α) generale sufficit, si judex ordinarius est,

β) speciale requiritur, si causa coram Commissario peragitur.

Exordium est

vel verum, quod ipsis verbis exprimitur;

vel quasi, quod litteris P. P. intelligitur.

Hoc licet, si nomina Actoris, Rei et judicis in libello supplicationis jam expressa sunt. [146])

2) *Pro-*

145) De requisitis libelli notandus versus:

Quis, Quid, coram Quo, quo Jure petatur, et a quo,
Recte compositus quisque libellus habet.

Cfr. Kaestneri Proc. 3, 8.

146) Cfr. Krausii. Proc. 1, 1, 1, 9.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0059
DFG

2) *Propoſitio libelli*; haec continet

a) *Speciem facti*, h. e. narrationem rei, quae ad litem inſtituendam occaſionem dedit. Haec debet eſſe

α) brevis,
β) clara,
γ) germanice concepta,
δ) determinata.

b) *Cauſam petendi*, h. e. rationem, ex qua intelligitur, cur Actor aliquid a Reo petat. Dicitur quoque medium concludendi. Eſt

vel remota, ſ. ſpecialis, ex qua petitum mediate fluit, nempe titulus alicuius rei, v. gr. emtio vendito, etc.

vel proxima, ſ. generalis, ex qua petitum immediate fluit. Huc pertinent ſpecies juris in re, v. gr. dominium, etc. ſive modi acquirendi univerſales.

In actionibus perſonalibus cauſa petendi remota eſt neceſſaria, alias libellus rejicitur.

In actionibus realibus cauſa petendi proxima eſt neceſſaria, et remota eſt utilis. [147])

c) *Concluſionem*; haec continet petitum actoris.

Petitum eſt

vel minus principale, quo reſponſio Rei ad libellum, vel recognitio alicujus documenti poſtulatur. (Ex hoc genus proceſſus, quod actor elegerit, intelligitur, et a Referente inprimis attendendum eſt.)

vel

147) Cfr. Kaeſtneri Proc. c. 3. §. 8. Krauſii Proc. l. 1. c. 1. ſect. 1.

vel principale, quo satisfactio ipsa, sive id, quod Actori a Reo debetur, postulatur. Hoc debet esse

α) *certum*, non alternativum; excipe, in actionibus alternativis, quae vel juri, vel facto innituntur, v. gr. in actione aestimatoria;

β) *speciale*, h. e. res petita debet esse determinata, et accurate descripta; excipe, petitum generale quoque sufficit

a) in actionibus universalibus, in quibus agitur de universitate juris, v. gr. de haereditate, etc.

b) in actionibus generalibus, in quibus lis est ob universitatem rerum facti, v. gr. bibliothecam, etc.

c) in actionibus ad damnum et interesse praestandum institutis;

d) in criminalibus causis.

γ) *facto et juri conveniens.* [148])

Defectus alicujus horum requisitorum dicitur *Vitium libelli*. Hoc obvenit

⊙) *vel*

148) Cfr. Krausii Proc. 1, 1, 1, 13.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0061
DFG

⊙) *vel ratione Exordii*; huc pertinet

1) oblatio libelli ab homine ignoto et non legitimato;

2) oblatio libelli contra Reum non rite denominatum;

3) libellus coram judice incompetente propositus;

4) *Cumulatio libelli*, si plures lites eodem libello continentur. [149]) Haec est

vel subjectiva, si plures litigantes in eodem libello sunt comprehensi; haec est

a) *activa*, si plures Actores contra unum Reum actionem proponunt,

b) *passiva*, si ab uno Actore contra plures Reos actio instituitur;

c) *mixta*, si a pluribus Actoribus contra plures Reos eodem libello agitur.

vel objectiva, si plures actiones unius Actoris contra eundem Reum eodem libello proponuntur; [150])

vel mixta, si plures litigantes et plures actiones simul in eodem libello continentur.

Ex-

149) Differt *Concursus Actionum*; hic est

a) *Electivus*, si plures actiones ad idem tendunt;

b) *Successivus*, si una actio pinguior est altera;

c) *Cumulativus*, si plures actiones ad diversum finem tendunt.

Cfr. Bergeri Oecon. jur. 3, 14, 5, 1.

150) Cfr. Kausii Proc. 1, 1, 15. Griebneri Process. 1, 1, 1, §. 2. n. b.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0062
DFG

Excipe: cumulatio subjectiva valet

1) in causis minutis, [151])
2) in causis connexis, et inter Litis consortes,
3) in concursu creditorum,
4) in causis criminalibus.

Cumulatio objectiva valet, si

1) plures actiones contra eundem Reum sunt institutae; et
2) eodem processus genere tractari possunt, et
3) confusio non metuenda est. [152])

Numerus actionum cumulandarum,
ex Ord. Proc. Recognita, est indefinitus;
ex Ordin. Proc. Vet. ad tres actiones restrictus; excipe,

a) in causis pauperum,
b) in causis mercatorum,
c) in concursu creditorum,
d) in causis de praestationibus rusticorum, [153])

quoque secundum Ord. Proc. Vet. plures quam tres actiones possunt cumulari. [154])

☽) *vel ratione Propositionis libelli*; huc pertinet

1) narratio obscura et ambigua,
2) omissio causae petendi; [155])

♀) *vel ratione Petiti*; huc pertinet

1) *Generalitas*, si petitum rem non satis determinatam concernit;

151) Cfr. Griebner l. l.
152) Vid. Ord. Proc. Rec. T. 5. §. 2.
153) Vid. Ord. Proc. Vet. 5, 3.
154) Ordin. Rec. 5, 2.
155) Cfr. Kaestneri Proc. c. 3. §. 9.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0063
DFG

2) *Alternatio*, si non res certa, sed vel haec res, vel illa petitur;
3) *Contrarietas*, si petitum cum causa petendi prorsus pugnat;
4) *Ineptitudo specialis*, si petitum ex causa petendi non fluit;

β) *vel ratione Propositionis et Petiti* simul; huc pertinet

Mutatio libelli, si quid in libello aliter proponitur, quam antea fuerit factum.[156]) Haec est

vel Emendatio, si error in nomine, folio, et numero corrigitur, aut, si loco majoris summae minor ponitur;

vel mutatio in specie. Haec est

vel accidentalis, si

a) genus probandi, aut
b) genus processus, mutatur;

vel substantialis, si

a) causa petendi, aut
b) res petita, mutatur.

Excipe,

1) *jure civili* omnis mutatio libelli usque ad sententiam licet, si

a) justa adest causa,
b) expensae restituuntur,
c) novum spatium deliberandi conceditur.[157])

2) *jure Saxonico*

Mutatio substantialis semper licet, sed requiritur

a) expensarum huc usque erogatarum restitutio;

b) no-

156) Cfr. Kaestneri Proc. I. c. §. 15. et Krausii Proc. I, 1, 1, 18. sqq.
157) Cfr. Kraus. Proc. I, 1, 1, 19.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0064
DFG

b) novus libellus in eodem judicio,

c) novum spatium deliberandi Reo concessum; [158])

Mutatio accidentalis licet usque ad rem judicatam super juramenti delatione, vel Litis contestatione, et requiritur

a) expensarum restitutio,

b) nova citatio;

Emendatio licet usque ad finem probationis et usque ad juramenti praestationem. [159])

Effectus vitiorum in libello, in regula, est rejectio. Haec fit, pro diverso casu, verbis: Angebrachter maaßen, schlechterdings, allhier, noch zur Zeit nicht, etc.

Remedium vitiorum dicitur a multis esse Clausulae libello adjectae.

Clausula dicitur propositio, quae singularem habet effectum, Clausulae libellorum sunt

vel inutiles, huc referri possunt v. c.

1) Mit Vorbehalt aller Rechtswohlthaten;

2) Man klage nicht in Form eines zierlichen Libells, sondern schlechter Erzählung der Geschichte;

3) bedinge sich von seinem Beweise abzustehen, und Beklagtem alles ins Gewissen zu schieben;

4) Salvo jure addendi, corrigendi, etc.

5) Clau-

158) Cfr. Ordinat. Processus Vet. Tit 5. §. 4 et Ord. Proc. Rec. T. 5. §. 9.
159) v. l. 66. ff. de judic. Ord. P. R. l. l.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0065
DFG

5) Clauſula ſalutaris dicta: Deſuper implorando judicis officium. Haec tamen neceſſaria eſt

a) ſecundum Leges Brunſuicenſes,

b) ſecundum Leges Vismarienſes, etc.

Jure Magdeburgico ſub poena 5 thalerorum adjicienda eſt. [160])

vel clauſulae utiles, quae aliquid efficiunt. huc pertinet inprimis

1) quod ſaltem ad colorandam poſſeſſionem aliquid dictum ſit, et hoc ipſo ſe petitorio immiſcere nolle. Haec clauſula in libello poſſeſſorio adjecta, efficit, ut judex de petitorio non poſſit cognoſcere;

2) clauſula, qua intereſſe praeteritum et futurum petitur;

3) clauſula, qua expenſae, acceſſiones et fructus poſtulantur;

4) clauſula, qua penſiones non tantum praeteritae, ſed quoque futurae petuntur. [161])

Actus praeparatorius eſſentialis eſt

II. CITATIONIS IMPETRATIO. [162])

Citatio eſt vocatio alicujus ad judicium, ad actum ibi expediendum, publica auctoritate facta. Eſt

1) *vel realis*, quae fit per apprehenſionem et deductionem alicujus perſonae. Haec obvenit

1) in criminalibus;

2) in

160) Cfr. Kaeſtneri Proc. 3, 11--15.
161) Idem ib. §. 12.
162) Cfr. tit. Dig. de in jus vocando.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0066
DFG

2) in cambialibus;
3) ob suspicionem fugae;
4) ob contumaciam;

vel verbalis, quae fit nudis verbis. [163]) Haec est

a) *vel citatio publica*, quae ad notitiam plurimorum hominum venit. Talis citatio fieri solet

vel scriptura,

a) per edictales;
b) per novellas publicas;

vel sine scriptura,

a) per praeconem; huc Proclama in Camera Imperii;
b) per campanas, quae inprimis obvenit in universitatibus convocandis;

vel citatio privata, quae proprie tantum ad notitiam citandi ipsius perfertur. [164]) Haec est

vel citatio ore prolata, quae obvenit
a) in causis minutissimis;
b) in causis denunciativis;
c) ob periculum in mora;

vel citatio scripta. Haec regulariter requiritur. Est vero haec

vel citatio clausa,
vel citatio aperta; haec
vel singularis, qua unus tantum citatur;
vel per patentes, si plures simul una vice citantur.

Publica citatio in regula non est adhibenda.

Excipe,
1) in concursu creditorum, ad convocandos creditores;

2) si

163) Cfr. Krausii Proc. 1, 1, 2, 5.
164) Idem ibid.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0067
DFG

2) si in alicujus favorem tendit;
3) si locus Citandi est incognitus;
4) si Citandus aliae jurisdictioni subest, et judex ejus competens insinuationem citationis privatae recusat. [165])

b) *vel citatio Generalis*, quae fit ad totam causam simul. Haec obvenit in judiciis Imperii.

vel citatio Specialis, quae fit ad singularem actum. Talis in Saxonia in usu est, et requiritur. [166])

c) *vel citatio Dilatoria*, quae praecisam comparendi necessitatem non injungit, sed dilationem permittit; s. quae non sub praejudicio fit;

vel citatio Peremtoria, quae fit sub praejudicio. Praejudicium vero est amissio juris vel alicujus actus. Haec in Saxonia Electorali hodie ordinarie requiritur. [167]) Excipe,

Ubi prima et secunda citatio est dilatoria, tertia demum est peremtoria.
1) in processu malitiosae desertionis;
2) in processu bannitorio;
3) in provocatorio. In hoc processu prima citatio est dilatoria, secunda est peremtoria. [168])
4) In iis terris, ubi Ord. Proc. Vet. adhuc valet, prima citatio est dilatoria, secunda peremtoria.

d) *vel Monitoria*, qua alicui actus in judicio peragendus denominatur, ad quem pro arbitrio potest comparere, v. c. ad videndum jurare testes, etc.

vel citatio Arctatoria, qua alicui actus in judicio peragendus injungitur, ita ut comparere debeat. [169]) Haec est

α) *vel*

165) Cfr. Kaestneri Proc. c. 4. §. 3.
166) Cfr. Ludovici D. 2, 4. 9.
167) Cfr. Krausii Proc. 1, 1, 2, 11.
168) Cfr. Griebneri Proc. 2, 8.
169) Cfr. Krausii Proc. 1, 1, 2, 12.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0068
DFG

α) *vel citatio personalis*, si quis in ipsa persona sua debet comparere. Haec requiritur

a) ad juramenti praestationem;

b) ad testimonium dicendum;

c) ad amicabilem compositionem;

vel non personalis, si quis quoque per procuratorem comparere potest. Haec in plerisque actibus processualibus obvenit. [170])

β) *vel citatio poenalis*, si quis citatur sub poena adjecta', v. gr. testes citantur sub poena 5 thal. etc.

vel citatio non poenalis, *s. simplex*, quae sine poena adjecta emittitur.

d) *vel Citatio in specie talis*, qua Reus in judicium vocatur;

vel Notificatio, Denkzettel, Tagzettel, qua Actor de citatione Rei certior fit, et ad sua officia adhortatur. Haec ratione requisitorum

Ordin. Recogn. [171]) non differt a citatione in specie,

Jure S. Vet. differt in eo, scil.

1) spatium saxonicum non est opus,

2) insinuari quoque potest per aliam personam, quam per nuntium juratum. [172])

2) *vel citatio Mediata*, *s. Subsidiaria*, quae fit mediante alio judice, per litteras compassus, Compaß-Briefe.

Lit-

170) Cfr. Krausii Proc. 1, 1, 2, 13. et 14.
171) Cfr. Ord. Rec. T. 4. §. 1.
172) Cfr. Griebneri Proc. 1, 1, 2. 5.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0069
DFG

Litterae compaſſus ſunt

vel Requiſitoriales, quae a judice aequali ad alium aequalem judicem mittuntur;

vel Interceſſionales, quae a judice inferiori ad ſuperiorem dantur;

vel Compulſoriales, quae a judice ſuperiore ad inferiorem transmittuntur.

Haec citatio obtinet, quoties Citandus ſub alia jurisdictione vivit.

vel citatio Immediata, quae fit ſine alterius judicis auxilio.[173]) Haec fieri poteſt

a) a Principe,

b) a ſudiciis ſuperioribus, v. gr. Regimine Aulico;

c) a quovis judice competente inferiore.

Conſiſtorium citare poteſt

immediate, ſubditos praefecturarum;

mediate, ſubditos jurisdictionis patrimonialis, omiſſa tamen formula alias conſueta: in ſubſidium juris.[174])

c) *vel citatio Nobilis*, quae ex officio judicis nobili fieri debet. Huc pertinet

1) Citatio ad producendos teſtes, et ad producenda documenta;[175])

2) Citatio teſtium, ad teſtimonium dicendum;[176])

3) - - ad juramentum calumniae praeſtandum;

4) - - ad juramentum principale praeſtandum;

5) - - ad publicationem atteſtationum;

6) - - ad publicationem ſententiae;

7) - - nominati ad litem;

8) - - partium ad amicabilem compoſitionem.

173) Cfr. Krauſii Proc. 1, 1, 2, 6. ſq. *vel*

174) Leyſer Spec. 31, med. 9.

175) Ordin. Proc. Rec. 20, 7.

176) Ibid. tit. 22. §. 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0070
DFG

vel citatio Mercenaria, quae ex officio judicis mercenario fit. [177]) Huc pertinet

1) Citatio ad Litis conteſtationem;
2) - - ad documenta recognoſcenda;
3) - - ad videndum jurare teſtes, et ad danda interrogatoria, etc.

vel citatio Mixta, quae et ex officio judicis nobili et quoque ex mercenario fieri debet. Huc pertinet

1) Citatio ad reſponſionem ſuper articulos, de quibus juramentum delatum eſt;
2) Citatio ad terminum Proſecutionis in Leuteratione.

In utroque caſu pars debet petere citationem a judice ſub poena [illegible] thal. et ſi non petit, judex ex officio debet citationem emittere.

Requiſita citationis [178]) ſunt

⊙) *vel Interna*, quae in citatione ipſa continentur. Huc pertinent:

1) *Nomen Judicis*. Hoc eſt
   vel Generale, *ſ. Officii*, quod ſufficit in judice ordinario, [179])
   vel Speciale, *ſ. Perſonae*, quod opus eſt in judice extraordinario, ſ. Commiſſario.
2) *Nomen et praenomen Impetrantis* citationem;
3) *Nomen et praenomen Citandi*. Si plures citantur, tunc
   vel ſinguli ſunt nominandi, ſi univerſitatem non conſtituunt;
   vel nomine collectivo appellantur, ſi univerſitatem efficiunt.
4) *Cauſae deſcriptio*.
5) *Actus peragendi nominatio*. Excipe,
   a) in criminalibus,
   b) in citatione teſtium,
   actus ſpecialiter non exprimitur.

6) *Lo-*

177) Cfr. Hommelii Artem referendi §. 35. ſqq.
178) Cfr. tit. Dig. de in jus vocando. Krauſii Proc. 1, 1, 2, 15. ſqq.
179) Cfr. Kaeſtneri Proc. 4, 5.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0071
DFG

6) *Locus Judicii*, ſ. comparitionis. Hic debet eſſe
a) honeſtus,
b) tutus,
c) non nimis remotus,
d) in regula, ordinarius. [180])

7) *Legitimum tempus*. Hoc eſt

vel Spatium Saxonicum, quale requiritur regulariter in omnibus citationibus peremtoriis;

vel brevius Spatio Saxonico, quale ſufficit
1) in citationibus dilatoriis omnibus;
2) in citationibus monitoriis;
3) in cauſis minutis; [181])
4) ad juramentum malitiae praeſtandum;
5) ad praeſtationem juramenti diffeſſionis;
6) ad terminum prorogatum; [182])
} His caſibus 8--14 dies ſufficiunt.
7) in proceſſu diffamatorio ad recognoſcenda documenta, ubi 4 ſeptimanae ſufficiunt;
8) in citatione reali;
9) ſi periculum in mora eſt;
} hic tempus ex arbitrio judicis dependet, et eſt breviſſimum.

vel longius Spatio Saxonico, quale requiritur
1) in citatione ad reaſſumendum proceſſum;
2) in citatione creditorum in concurſu non mercatorum, et non vaſallorum;
} Hic duplex ſpatium Saxonicum requiritur.
3) in citatione creditorum ad concurſum mercatorum vel vaſallorum triplex ſpatium ſaxonicum requiritur. [183])

Tempus citationis definitur
vel relative,
vel ſine relatione.

β) *vel Externa*, quae non ad citationem ipſam, ſed ad ejus effectus producendos pertinent. Huc referenda inprimis eſt *Inſi-*

180) Cfr. Kaeſtneri Proc. c. 4. §. 5.
181) Cfr. Mandatum de 28. Nov. 1753.
182) Ordin. Rec. 4, 1.
183) Vid. Ord. Proc. Rec. 41, 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0072
DFG

Insinuatio Citationis, [184]) quae est actus, quo citatio ad notitiam Rei s. citandi pervenit. Est

vel verbalis, quae fit
vel viva voce nuntii,
vel per inscriptionem in janua factam, v. gr. apud Studiosos;

vel realis, quae fit per traditionem citationis scriptae. Haec est

vel Insinuatio in faciem, si Citando ipso citatio traditur;

vel Insinuatio ad domum; haec est

α) *vel personalis*, quae domesticis Citandi fit.
Personae domesticae sunt
a) parentes naturales legitimi,
b) conjuges,
c) liberi adulti,
d) famulitium, quod victum et mercedem a citando accipit.
His personis citatio cum effectu potest insinuari; minus recte insinuatur
a) Informatori,
b) Conductori,
c) Novercae, Vitrico, etc.

β) *vel Insinuatio realis*, si citatio valvis aedium citandi affigitur. Hic consilii est, vicinos advocare. Obtinet haec Insinuatio, si nec Citando, nec ejus domesticis citatio potest tradi. [185])

Notanda in Insinuatione sunt quatuor:

1) *Quis insinuaverit?* Hoc fieri potest
a) a Nuntio jurato, regulariter;
b) ab Actuario; tunc requiritur

α) pe-

184) Cfr. Krauf. Proc. I, 1, 2, 20.
185) Ord. Proc. Rec. T. 4. §. 2. Griebneri Processs. I, 1, 2, 9. 10.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0073
DFG

α) petitio citationem impetrantis,
β) registraturae confectio,
γ) et hujus subscriptio ab Actuario et Impetrante;

c) a Notario, qui instrumentum desuper conficere debet;

d) a parte litigante ipsa; sed hic consilii est, ut Recepisse a Citando postuletur; [185])

2) *Cui Insinuatio sit facta?* [187]) Haec fieri debet
vel Citando ipso, vel ejus domesticis, si plene sui juris est;
vel Tutoribus et Curatoribus;
vel Syndicis, in citat. universitatis;
vel Praesidibus, in citat. Collegii, etc.
vel Patri, in citatione filiorumfamilias;
vel Mulieri, si scilicet majorennis est.

3) *Tempus Insinuationis*, ne sit tempus inconsuetum. Potest tamen insinuatio quoque in feriis fieri. [188])

4) *Locus Insinuationis.* Talis regulariter est domus Citandi ipsius. Excipe, mercatori quoque in taberna fieri potest insinuatio. Si insinuatio aliis locis, vel adeo in foro fiat, citatus actione injuriarum potest agere.

Effectus citationis rite insinuatae sunt

vel Formales, qui formam processus respiciunt, huc
a) relatio personae insinuantis, de insinuatione facta, peragenda;
b) registraturae confectio super hac relatione, quae continet, *a quo? cui? ubi? quando?* insinuatio sit facta;

vel Materiales, quae ad rem litigiosam ipsam spectant; tales sunt

a) Prae-

186) Leyser spec. 39 med. 5.
187) Cfr. Griebneri Proc. 1, 1, 2, 10.
188) Cfr. Wernheri Obs. P. 1. obs. 234. Griebneri Proc. 1, 1, 2, 7.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0074
DFG

a) Praeventio, et Litis pendentia;
b) Interruptio praescriptionis;
c) Continuatio jurisdictionis delegatae, post mortem delegantis;
d) origo rei litigiosae;
e) comparitio Citati, vel poenae ei injunctae afflictio. [189])

Actus Praeparatorii Accidentales, qui in processu obvenire solent, sunt igitur

I. EXCEPTIONVM ALLEGATIO.

Exceptio est allegatio Rei contra intentionem Actoris; dicitur germanice: Ausflucht, behelfliche Wiederrede. Est

1) *vel exceptio Facti*, quae ex facto aliquo oritur, v. gr. ex solutione, compensatione, etc.

vel exceptio Juris, quae Lege quadam fundatur, [190]) v. gr. exceptio SCti Vellejani, et Macedoniani, etc.

2) *vel exceptio Realis*, quae rei inhaeret, et ad heredes quoque transit;

vel exceptio Personalis, quae personae inhaeret, et ad alios non transit, v. gr. fori privilegiati, etc.

3) *vel exceptio in continenti liquida*, cujus veritas statim potest probari, sc.
a) vel ex documentis publicis;
b) vel ex Lege quadam;
c) vel ex confessione adversae partis;

vel exceptio illiquida, *s. altioris indaginis*, quae non statim potest probari, v. gr. quae probatur per testes, per documenta privata, per juramenti delationem, etc.

4) *vel exceptio Peremtoria*, zerstöhrliche Schutzrede, quae litem tollit. Haec est

vel

189) Cfr. Krausii Proc. 1, 1, 2, 29.
190) Haec est vel Civilis, vel Praetoria. Cfr. Bergeri Oecon. jur. 4, 18, 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0075
DFG

vel exceptio peremtoria in ſpecie, ſi non in continenti liquida eſt;

vel Litis ingreſſum impediens, quae eſt in continenti liquida, et proceſſum ante Litis conteſtationem jam tollit;

vel exceptio Dilatoria, verzögerliche Schutzrede, qua lis modo ad aliud tempus rejicitur et remoratur. [191]) Haec eſt

vel exceptio Fori declinatoria, qua aliquid ratione judicis opponitur, quod litem remoratur;

vel exceptio Dilatoria in ſpecie; haec eſt

vel Dilatoria Proceſſus, qua aliquid ratione formae proceſſus opponitur;

vel Dilatoria Cauſae, qua quid ratione rei litigioſae ipſius opponitur, quod rem differt;

vel exceptio Anomala, ſ. Mixta, v. gr. Litis Denunciatio. [192])

5) *vel exceptio tacita, ſ. officioſa*, quae ex officio judicis debet attendi. Huc pertinent:

a) Exceptio praeſcriptionis;
b) - - - inepti et obſcuri libelli;
c) - - - legitimationis ad cauſam;
d) - - - - - - proceſſum;
e) - - - citationis vitioſae;
f) - - - non rite formati proceſſus; [193])

vel exceptio expreſſa, quae non attenditur a judice, niſi a partibus ſit vere oppoſita. Huc pertinent:

a) Exceptio fori incompetentis;
b) - - recuſationis;

c) Ex-

191) Cfr. Krauſ. Proc. 1, 2, 6, 5 ſqq.
192) Cfr. Kaeſtneri Proc. c. 14. §. 9.
193) Cfr. Hommelii Artem referendi §. 52.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0076
DFG

c) Exceptio primae instantiae,
d) - - - cautionis nondum praestitae, etc.

Exceptio porro est

6) *vel Liberans a Litis contestatione*; huc referuntur
a) Exceptio nondum natae actionis;
b) - - primae instantiae;
c) - - obscuri, inepti, non rite formati libelli;
d) - - fori incompetentis;
e) - - recusationis;
f) - - praeventionis et Litis pendentiae;
g) - - feriarum;
h) - - non rite formati processus, [194]) etc.

vel non Liberans a Litis Contestatione; huc sunt referendae
a) Exceptio nondum praestitae cautionis et Guarandae;
b) Exceptio refundendarum expensarum;
c) - - legitimationis, scilicet
α) ob defectum Tutorii, vel Curatorii;
β) ob mandatum mancum;
γ) ob subsequentem mandatarium nondum legitimatum.

7) *vel exceptio Perpetua*, quae semper durat. (Differunt actiones perpetuae ratione temp.)

vel exceptio Temporaria, quae tantum per quoddam tempus durat. Huc Exceptio non numeratae pecuniae, etc. pertinet. [195])

8) *vel exceptio Affirmativa*; haec probanda est.

vel

194) Cfr. Hommelii Artem referendi §. 53.
195) Cfr. Bergeri Oecon. jur. 4, 18, 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0077
DFG

vel exceptio Negativa; haec pro vera habetur, donec contrarium probatur.

9) *vel exceptio Communis,*
vel exceptio Propria.

10) *vel exceptio praejudicialis*, quae ex jure personarum;
vel exceptio Realis, quae ex jure in re;
vel exceptio Personalis, quae ex jure ad rem fluit. [196])

3) *vel exceptio Nominata*, quae speciale habet nomen;
vel exceptio Innominata, quae speciale nomen non habet; huc *Exceptio in factum.* [197])

Requisita exceptionum sunt,

1) ut justo tempore et loco opponantur, et quidem
a) Dilatoriae, vel litis ingressum impedientes ante litis contestationem;
b) Peremtoriae in specie, post litis contestationem, in ipso termino;
2) ut sint admissibiles, nec jam abjudicatae;
3) ut possint probari vel statim, vel post intervallum. [198])

Effectus exceptionum legitimarum, h. e. quae omnia requisita habent, est
vel Dilatio vel sublatio Processus.

Ad actus praeparatorios accidentales refertur

II. CAVTIONIS PRAESTATIO.

Cautio est medium alterum securum reddendi, de damni forte metuendi reparatione. [199]) Est

1) *vel Realis*; haec est
vel cautio Fidejussoria, quae fit per fidejussores; dicitur satisdatio in specie;

vel

196) v. l. 14. ff. de except.
197) Cfr. Bergeri Oec. Jur. 4, 18, 2.
198) Cfr. Hommelii Artem referendi §. 48. sqq.
199) Cfr. Tit. D. Qui satisdare cogantur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0078
DFG

vel cautio Pignoratitia, quae pignore vel hypotheca effic[illegible]ar;

vel cautio Verbalis, quae nudis verbis praestatur. Haec est

vel cautio Juratoria, quae promissione jurata consistit,

vel cautio nude Promissoria, qua quis alterum per promissionem tantum securum reddit. Haec in Saxonia obvenit in Urpheda et ob minas factas.

2) *vel cautio Actoris*, quam Actor debet praestare. Huc refertur

◎) *Cautio pro expensis*, scil. in processum erogatis. Haec continet

Ord. Proc. Rec. [200]) 30—50 thaleros,
jure veteri [201]) 30—50 florenos.

Praestanda est regulariter in omni processu, quoque in possessorio summario et criminali. [202])

Cessat cautio pro expensis

vel ratione personae,

a) si Actor est possessionatus, h. e. si bona immobilia possidet;

b) si Actor est quasi possessionatus. Tales sunt J. Sax.

α) usufructuarii rerum immobilium,

β) possessores apothecae, s. tabernae,

γ) possessores bibliothecae copiosae,

 δ) Offi.

200) Ord. P. R. tit. 13.
201) Resolutio Gravam. 1661. Tit. Von Justitiensachen. Grav. 17.
202) Cfr. Berger l. l. 4, 19, 2, 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0079
DFG

δ) Officiales publici cum salario certo,

ε) Universitates omnes, et corpora licita,

ζ) qui percipiunt annuos reditus.

c) si Actor est pauper juratus. [203]) *Pauper* est, qui sumtus litis de praesenti sufferre nequit; in Curia Provinciali Lipſ. aliquando qui ultra 70 flor. non possidet.

Requisita Pauperis jurati sunt

1) demonstratio inopiae, ſ. testimonium paupertatis,

2) juramenti malitiae et paupertatis praestatio,

3) cognitio judicis super probabili litigandi causa. [204])

vel intuitu causae, cautio pro expensis cessat

a) in processu provocatorio ex Lege: Diffamari, et Si contendat;

b) in actione ad alimenta praestanda;

c) in processu cambiali;

d) in causis matrimonialibus, nisi alia justa causa adsit;

e) in interventione accessoria;

f) in actione ad dotalitium;

g) si reus de re litigiosa jam tantum confessus est, quantum ad cautionem sufficit;

h) in

203) Secundum Ordinat. Processus Vet. Tit. 13. §. 3. cautio juratoria ab hoc requirebatur, hodie non. Ord. Rec. tit. 13.

204) Schotti Jus Sax. p. m. 160.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0080
DFG

h) in concursu creditorum, secundum Facult. Lipsi. sed dissentiunt Scabin. Viteb. et Lipsi. [205])

D) *Cautio pro Reconventione*, quae in securitatem reconventionis instituendae praestatur. Haec

Ord. Proc. Sax. Rec. est abrogata;

Ord. Proc. Vet. cum cautione pro expensis conjuncta continet 30—50 et plures flor.

Cessat in iisdem fere casibus, in quibus cautio pro expensis cessat.

♀) *Guaranda*, h. e. promissio Actoris de libello non mutando, et de reo adversus quemcunque alium actorem defendendo; dicitur Gewähr.

Haec Ord. Proc. Rec. est abrogata;

Ord. Proc. Vet. adhuc valet, et exigi potest

a) in processu ordinario semper,

b) in processu summario, aliquando. [206])

Cessat guaranda

a) in causis matrimonialibus,

b) in processu executivo. [207])

Requisitum guarandae est promissio stipulata manu facta.

Effectus guarandae est:

a) impedit libelli mutationem,

b) —— juramenti delationem ulteriorem. [208])

vel Cautio Rei, quae a Reo erat praestanda. Talis erat *Jure Romano*

a) *cau-*

205) Cfr. Kaestneri Proc. 17, 4.
206) Cfr. Bergeri Oec. Jur. 4, 19, 1.
207) Cfr. Suendendörfer in Proc. Fibigiano c. 2. §. 12.
208) Cfr. Gribneri Proc. 1, 2, 4, 4. b.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0081
DFG

a) *cautio judicio sisti*, quae hodie non obvenit, nisi ob suspicionem fugae;

b) *cautio judicatum solvi*, quae hodie raro in fidejussoribus obvenit. [209])

vel cautio Mixta, quae partim pro Actore, partim pro Reo a procuratore praestatur; dicitur *Cautio rati*. Haec obvenit

a) in mandato manco,

b) in mandato praesumto; excipe maritum, qui ab ea immunis est.

Actus praeparatorius accidentalis est

III. LITIS DENVNCIATIO, quae est actus, quo ille, qui evictionem metuit, auctori suo litem indicat; dicitur, um Beystand Rechtens beschehene Ankündigung. [210]) Est

1) *vel principalis*, quae peculiari libello peragitur;
vel incidens, s. minus principalis, quae in positionibus vel alio modo fit;

2) *vel extrajudicialis*, quae fit litteris privatis. Haec sufficit jure romano. [211])
vel judicialis, quae fit per judicem. Haec requiritur jure saxonico. [212])

Requisita sunt:

1) ut fiat proximo auctori,

2) - - tempore justo, scilicet

a) *jure romano*, ante rem judicatam,

b) *jure saxonico*, et quidem

α) *veteri*, ante reprobationem,

β) *recentiori*, saltem 8 dies ante terminum, sub poena amissionis. [213]) Excipe,

a) si

209) Cfr. Bergeri Oec. jur. 4, 19, 2, 7-9.
210) Vid. Hommel Flav. p. CXVIII.
211) Cfr. Krausii Proc. 1, 7, 3, 1.
212) Ordin. Proc. Rec. 14, 1.
213) Ibidem.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0082
DFG

a) si evincentis justitia est manifesta;
b) si denunciatio inanis fuisset; [214])

3) ut addantur rationes et causae. [215])

Effectus Litis Denunciationis est

1) Denunciatus citatur sub poena 5 thalerorum. Haec citatio requirit
   a) spatium Saxonicum;
   b) transmissionem libelli et copiae Litis denunciationis. [216])

2) Si denunciatus comparet, tentatur concordia [217]), et est in arbitrio denunciati, num velit assistere denuncianti.

   Si denunciatus non comparet, vel denuncianti non assistit, tunc denuncians solus litem continuat, et
   a) si causa cadit, tunc denunciatus
      α) evictionem praestare,
      β) expensas restituere debet,
      γ) et 5 thal. punitur;
   b) sin obtineat, tunc denunciatus expensas non restituit; excipe, si denunciatus assistentiam promisit, eamque non praestitit. [218])

Cessat Litis Denunciatio

1) in processu possessorio summario,
2) in mandato rei illicitae;
3) si pacto remissa est;
4) si vindicantis jus notorium est;
5) in injuriis et delictis;
6) si evictio fit ex retractu gentilitio. [219])

Actibus praeparatoriis accidentalibus annumeratur

IV. NOMINATIO AVCTORIS, quae est actus, quo ille, qui ob quandam rem conventus est, se declarat, rem esse alienam, non suam.

Locus

214) Vid. Ord. Rec. 14, 2.
215) Cfr. Krauf. Proc. 1, 7, 3, 7.
216) Vid. Ord. Recogn. 14, 1.
217) Ibid.
218) Ibid.
219) Cfr. Hommelii Rhapf. Obf. 37.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0083
DFG

Locus ei est

a) in actione reali,
b) - - - mixta,
c) - - - in rem scripta.

Requisitum est, ut fiat

Jure romano et *Ord. Vet.* ante Litis contestationem, sub poena expensarum;

Ordin. Proc. Recogn. ante primum terminum, sub poena 5 — 10 thal. [220])

Effectus est

1) Citatio nominati, ex officio judicis; [221])
2) si nominatio fundata est, nominans dimittitur e lite;
   si nominatio falsa est et ex dolo, tunc
   a) nominans rem litigiosam debet restituere;
   b) in expensas condemnatur;
   c) mulcta arbitraria coërcetur. [222])
3) nominatus in suo foro debet conveniri, nisi eodem foro nominantis subsit.

Cessat nominatio auctoris in actionibus personalibus.

Differt nominatio auctoris a litis denunciatione:

1) Haec quoque in actionibus personalibus habet locum, illa non;
2) Litis denuncians possidet proprio nomine, sed nominans possidet alieno nomine;
3) denuncians non liberatur a lite, sed nominans in regula dimittitur. [223])

Tandem actus praeparatorius accidentalis est

V. COMMISSIO. Est actus, quo alicui jurisdictio ad certam litem delegatur. Est

1) *vel commissio universalis*, quae fit super pluribus litibus;

vel

220) O. P. R. tit. 14. §. 3.
221) Ibidem.
222) Ibid. Cfr. Gribneri Proc. 1, 7, 2, 8. b.
223) Cfr. Bergeri Oec. jur. 4, 20, 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0084
DFG

vel commissio generalis, quae ratione certae litis datur;

vel commissio specialis, quae ad punctum quoddam unius litis spectat; [224])

2) *vel ad concordiam*, zur Güte;

vel ad controversiam, zum Rechte;

vel ad utramque; utraque est

vel ad cognoscendum tantum; hic post disceptationem partium res ad committentem refertur, et ille decidit;

vel ad cognoscendum et decidendum simul; tunc a Commissario ipso res decidi-tur, vel ad dicasterium mittitur, ubi tamen leuteratio non valet coram Commissario interposita; [225])

3) *vel commissio ex officio judicis*,

vel commissio ad preces, s. ad instantiam partium, hic requiritur justa causa; [226])

4) *vel commissio principalis*, quam quis exercet sine interventione alicujus judicis ordinarii; hoc casu Commissarius habet directorium actorum et sportulas accipit;

vel commissio accessoria, quando judici ordinario in quadam re Commissarius adjungitur. Hic judex directorium actorum et jus sportularum habet. [227])

5) *vel uni*,

vel pluribus concessa. Hoc fit

a) *conjunctim et separatim*, samt und sonders; ubi singulus potest causam expedire;

b) *con-*

224) Cfr. Krauf Proc. 1, 7, 6, 2.
225) Cfr Krausii Proc. 1, 7, 6, 4.
226) O. P. R. tit. 1. §. 9.
227) Resolutio Gravam. 1661. Tit. Von Justitiensachen. & Ordin. Rec. 1, 9.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0085
DFG

b) *conjunctim*; tunc omnes simul causam expedire debent. In dubio haec praesumitur. [228])

Persona, cui commissio est concessa, dicitur *Commissarius*. Hujus officia sunt:

1) Legitimatio, quae fit per *Commissoriale*. Hoc est scriptura, qua continetur, alicui commissionem alicujus rei esse datam.
2) Expeditio secundum formam Commissorialis sub nullitate;
3) Constitutio termini et citatio partium, cum transmissione Commissorialis; [229])
4) Expositio Commissionis et tentatio amicabilis compositionis; [230])
5) Registratura de disputatione partium;
6) Sententia, vel relatio ad Committentem.

Effectus Commissionis est ventilatio rei coram Commissario, uti alias coram judice.

Appellatio a Commissario inferioris judicis, fieri debet ad Committentis judicem superiorem;
a Commissario Principis, vel superioris judicis, fit ad Committentem. [231])

Exspirat Commissio

1) morte Committentis; excipe, post citationem factam;
2) morte Commissarii, quoque unius;
3) revocatione, etiam post citationem;
4) renunciatione, excipe post citationem. [232])

B) Actus Processuales Medii sunt:

I. LITIS CONTESTATIO. Haec est responsio Rei ad intentionem Actoris; dicitur germanice Kriegsbefestigung, Einlassung. [233]) Est

1) *vel ficta*, si lis pro contestata habetur ob Rei contumaciam. Haec
jure saxonico pro affirmativa,
jure civili pro negativa habetur;

vel

228) Cfr. Bergeri Oec. jur. 4, 3, 1, 12. c. 16, 21. X. de pot. jud. del.
229) Cfr. Gribneri Proc. 1, 7, 4, 2. b. Ord. Rec. 1, 9.
230) Cfr. Krausii Proc. 1, 7, 6, 10.
231) Cfr. Gribneri Proc. 1, 7, 4, 4.
232) Cfr. Krausii Proc. 1, 7, 6, 14.
233) Vid. Hommel Flav. p. CXVIII.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0086
DFG

vel Litis Cont. vera, si Reus litem actu contestatus est. Haec est

a) *vel L. C. Explicita, s. formalis*, quae fit verbis legitimis et propriis, nempe

α) *in factis propriis*, affirmando, negando;

β) *in factis alienis*, affirmando, nesciendo;

vel L. C. Implicita s. virtualis, quae verbis aequipollentibus fit, nempe

α) nesciendo in factis propriis;

β) verbis: credendo, acceptatur, kann sich nicht erinnern, etc. [233])

Haec in Saxonia est illicita.

b)] *vel L. C. Solennis*, quae fieri debet cum certis solennitatibus, aut requisitis. Haec sunt,

α) *ut sit specialis*, h. e. super singula puncta libelli;

β) *categorica*, s. explicita;

γ) *libello conformis, s. adaequata*; hinc exceptiones seu appendices non debent immisceri L. Contestationi; hinc (a) omissio, (b) adjectio, (c) disjunctio, (d) dissimulatio, (e) substitutio sunt vitia Litis Contestationis.

δ) *tempestiva*, scil. fieri debet in prima, vel saltem in secunda positione. Haec L.C. Sol. requiritur semper in processu ordinario. [234])

vel L. C. minus solennis, quae consistit in simplici ac nuda responsione. Haec sufficit in processu summario. Estque

vel L. C. Generalis, quae fit super toto libello simul, hac clausula plerumque: nego omnia prout narrantur et petuntur. Hæc

 in

33) Cfr. Hommelii Artem referendi §. 55.
34) Cfr. Gribneri Proc. 1, 2, 6.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0087
DFG

in Saxonia in regula non valet; excipe,

1) ſuper Remedia;

2) ſuper Articulos probatoriales et reprobatoriales;

3) in adhaeſione Litis conſortium. [235])

vel L. C. Specialis, quae fit ad ſingulas propoſitiones libelli ſpecialiter.

c) *vel L. C. Affirmativa.* Haec eſt

vel nuda, cui exceptiones non ſunt adjectae;

vel qualificata, cui exceptiones adjectae ſunt. [236])

vel L. C. Negativa, quae eſt iterum

vel ſimplex,

vel praegnans, quae affirmationem in ſe includit;

d) *vel L. C. Pura*, quae fit ſine exceptionibus dilatoriis;

vel L. C. Eventualis, quae fit in eum eventum, quo exceptiones dilatoriae vel removeantur, vel non attendantur.

Requiſita circa Litis conteſtationem ſunt,

reſpectu judicis, citatio ſub praejudicio confeſſi e convicti, Reo rite inſinuata;

ratione Actoris, repetitio libelli, et provocatio Re ad Litem conteſtandam; [237])

ratione Rei, *ſolennitates* Litis conteſtationis in ordi nario proceſſu;

nuda declaratio, in proceſſu ſummari

Effecti

235) Cfr. Gribner l. c. §. 1. n. a.
236) Cfr. Kaeſtneri Proc. 15, 4.
237) Gribneri Proceſſ. 1, 2, 3, 4, 1. a.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0088
DFG

Effectus Litis Conteſtationis ſunt

vel Generales, qui in quavis ejus ſpecie obveniunt; huc pertinent ſequentes:

1) Actiones non tranſitoriae ad haeredes fiunt tranſitoriae;
2) Actiones perpetuantur usque ad 40 annos;
3) initium praebet judicio;
4) interrumpit praeſcriptionem;
5) rem facit litigioſam;
6) poſſeſſorem reddit malae fidei reum;
7) impedit objectionem dilatoriarum exceptionum; [238])

vel Speciales, qui tantum in certa ſpecie Litis conteſtationis obveniunt. Scil.

1) affirmativa nuda L.C. efficit condemnationem Rei;
2) affirmativa qualificata producit ſententiam ad probationem exceptionum peremtoriarum: [239])
3) negativam ſequitur probatio actionis; [240]) excipe,
   a) ſi actor praeſumtionem pro ſe habet, tunc reus debet contrarium probare; hoc obvenit
      α) in actione negatoria;
      β) in querela inofficioſi;
      γ) in condictione indebiti, ſi ſolutio, a reo negata, ab actore demonſtrata eſt, etc.
   b) Si Reo juramentum eſt delatum, de quo reus tunc debet ſe declarare.

4) Li-

238) Cfr. Kaeſtneri Proc. c. 15. §. 8.
239) Cfr. Gribneri Proc. 1, 3, 1, 1. a.
240) Cfr. Gribner l. c. §. 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0089
DFG

4) Litis conteſtatio vitioſa efficit, ut Reus pro confeſſo et convicto habeatur. [241]) Excipe,
a) ſi non rite fuerit citatus;
b) ſi ab Actore ideo non fuerit accuſatus; excipe,
ſi Litis conteſtatio tantum pro parte eſt vitioſa.
c) ſi vitium tempeſtive, h. e. ſaltem in tertia poſitione Rei corrigitur. [242])

Ceſſat Litis Conteſtatio, ſaltem non opus eſt,
1) ad puncta juris, ſ. legis;
excipe, ſuper leges ſpeciales, ſ. privilegia, L. C. opus eſt;
2) ad paſſus incidentes;
3) ſuper peritum actionis;
4) ſuper libellum ineptum, obſcurum, etc.
5) ob citationem vitioſam, vel non rite inſinuatam.

Ad Actus Medios pertinet

II. EXCEPTIONVM PEREMTORIARVM ALLEGATIO. Haec eſt

vel abſoluta, ſi exceptiones poſt Litis conteſtationem plene deducuntur;

vel relativa, qua exceptiones ante Litis conteſtationem jam oppoſitae, poſt eam in vim peremtoriarum repetuntur. Utraque eſt licita, et una eſt neceſſaria.

Requiſita circa has exceptiones ſunt,
1) ut ſtatim poſt Litis conteſtationem annectantur, alias non valent; excipe,
a) ſi poſt Litis cont. demum enatae fuerint;
b) ſi - - - - - ad allegantis notitiam pervenerint, et hoc probatum ſit; [243])
2) ut ſint ſpeciales, earumque cauſae perſpicue expoſitae. Alias non attenduntur. [244])
3) ut

241) Cfr. Hommelii Artem referendi §. 55.
242) Cfr. Gribneri Proc. 1, 2, 6, 4.
243) Ibid. 1, 2, 6, 8. a.
244) Ord. Rec. T. 11. §. 4.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0090
DFG

3) ut non sint super facta negata opposita, sub amissione. [245])

Effectus harum exceptionum legitime oppositarum est reprobatio, vel probatio.

Ad Actus Medios refertur

III. PROBATIO, quae est actus ad judici fidem faciendam de re controversa, a litigante susceptus. [246]) Est

1) *vel Probatio in specie*, quae primo peragitur;
vel Reprobatio, quae post probationem, contra eandem peragi solet.

2) *vel Probatio Artificialis*, quae fit per praesumtiones et conjecturas;
vel Probatio Inartificialis, quae fit per testes, documenta, juramenti delationem, etc. Haec est
vel Probatio Ordinaria, quae in regula semper habet locum. Talis est probatio per testes, documenta, etc.
vel Probatio Subsidiaria, quae tantummodo tunc habet locum, si alia probatio fieri non potest; talis est probatio
a) per juramenti delationem,
b) - - - oblationem.

3) *vel Probatio regularis*, quae peragitur post Litis contestationem, quod ordinarie fit;
vel probatio irregularis, quae ante Litis contestationem instituitur. [247]) Haec
jure civili est ignota;
jure Sax. et Can. est licita, sed requiritur justa causa, sc. periculum de amittenda probatione. [248])

4) *vel Probatio Plena*, quae judici omnem dubitationem de re litigiosa aufert; haec fit
a) vel per documenta,
b) vel per juramentum,
c) vel per duos testes classicos.

vel

245) Vid. Ord. Proc. Rec. 16, 3. Secus extra Saxon. Vid, Leyser sp. 82. m. 5.
246) Cfr. tit. D. de probationibus.
247) Cfr. Krausii Proc. 1, 3, 1, 6.
248) Ord. Proc. Rec. T. 27. Cfr. Krausii Proc. 1, 3, 1, 7.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0091
DFG

vel probatio minus Plena, quae judici non omnem dubitationem tollit. Haec est

vel Semiplena major, quae fit per unum teſtem claſſicum, et alios teſtes ſuſpectos;

vel Semiplena in ſpecie, quae fit per unum teſtem claſſicum;

vel Semiplena minor, quae fit per teſtes ſuſpectos. [249])

5) *vel Probatio minus ſolennis, ſ. demonſtratio*, quae fit ſine ſolennitatibus; dicitur germanice: Beſcheinigung, et obvenit in proceſſu ſummario;

vel probatio ſolennis, quae cum ſolennitatibus peragenda eſt in legibus praeſcriptis; dicitur Beweis, et requiritur in proceſſu ordinario. [250]) Tales ſolennitates ſunt

2) *Oblatio Articulorum. Articuli* ſunt propoſitiones, quibus thema probandum continetur. [251]) Sunt

1) *vel articuli Probatoriales*, qui in probatione offeruntur;

vel articuli Reprobatoriales, quibus reprobatio includitur;

2) *vel articuli Affirmativi;*

vel art. Negativi; tales habentur pro veris, donec contrarium probetur;

3) *vel art. irrelevantes*, qui in nulla re aliquid probant;

vel art. relevantes, quibus aliquid efficitur ad probationem; hi ſunt

vel art. impertinentes, qui in certa quadam lite nil probant, in aliis vero probare poſſunt; [252])

vel art. pertinentes, qui ad probationem litis, de qua agitur, aliquid efficiunt. Hi ſunt

vel art. ſimplices, ſ. probatoriales in ſpecie, qui ad probationem ipſius actionis reſpiciunt.

vel

249) Ita Fac. Vit. ſentit; ſed diſſentit Fac. Lipſ.
250) Cfr. Kranſii Proc. 1, 3, 1, 5.
251) Idem 1, 3, 1, 9 ſqq.
252) Ita Ill. Wieſand definire ſolet.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0092
DFG

vel art elisivi, quibus continetur probatio replicae, vel quoque triplicae. [253])

4) *vel art. Facti*, qui ad facti probationem efficiendam sunt directi;

vel art. Juris, qui jus s. legem in se continent. Hi sunt inutiles; excipe, si jus speciale s. privilegium continent.

5) *vel art. Concessivi*, quibus continetur id, quod alter jam confessus est;

vel art. Illativi, *s. consecutivi*, quibus aliquid ex aliis articulis conclusum continetur.

Ad solennitates probationis pertinet

b) *Fatale probationis*, hoc est tempus, intra quod probatoriales articuli judici tradi debent, sub poena desertae probationis. In hoc notandum

α) *Tempus ad quod.* Hoc continet regulariter certum tempus legibus provincialibus determinatum, et quidem jure saxonico spatium saxonicum, scil. 6 septim. et 3 dies; [254]) excipe,

1) si dilatio concessa est, tunc duplex et saepe triplex spatium saxonicum competit;

2) in probatione actionis vel exceptionis spolii, 15 dies tantum sunt concessi; [255])

3) ad probationem juris brachandi, } duo menses com-

4) ad probationem juris fovendi opifices in pagis, [256]) } petunt.

5) ad

253) Cfr. Krausii Proc. 1, 3, 1, 9. sqq.

254) Vid. Ord. Proc. Vet. et Rec. Tit. 20. §. 1.

255) Vid. C. 1. de restit. spol. in 6to. Constit Electoral. P. 1. const. 6. et Ord. Rec. Tit. 11.

256) Vid. Ord. Prov. de 1555. et Resolutio Gravam. de a. 53 et 57. grav. 99. Carpzov P. 1. c. 16. dec. 72.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0093
DFG

5) ad probandum diffamationis fundamentum

ante Ord. Rec. duplex spatium Saxonicum, [257])

post Ord. Rec. simplex spatium Saxonicum conceditur. [258])

6) in causis metallicis quatuor septimanae, [259])

7) in judicio Mercatorio Lipſ. 3 septimanae conceduntur. [260])

β) *Tempus a quo.* Initium hujus fatalis currit a momento rei judicatae, qua probatio injuncta est; excipe,

1) *extra Saxoniam* ex usu fori, si quaedam ante probationem expedienda per sententiam injuncta sunt, tunc ab earum expeditione facta demum currit fatale, v. gr. a praestatione cautionis, etc. [261])

2) *in Saxonia*, secundum Ord. Proc. Recogn.

a) si legitimatio ad causam, aut

b) dominii demonstratio in actione negatoria injunctae sunt, a praestatione hac demum currit fatale. [262])

c) si dilatio concessa est, tunc in Saxonia Elect.

olim a die concessionis ultimae dilationis, [263])

hodie a momento post priorem terminum elapsum, currit fatale. [264])

d) si

257) Cfr. Suendendörfer in Proc. Fibigiano p. 1562.
258) O. P. R. tit. 5. §. 5.
259) Vid. Mandat. de 26. Aug. 1713.
260) Ord. Merc. Tit. 16. 17.
261) Gribneri Proceſſ. 1, 3, 1, 2.
262) Ordin. Proc. Rec. 20, 1.
263) Cfr. Gribner l. c. §. 5.
264) Vid. Ord. Rec. 20, 6.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0094
DFG

d) si quis probaturus mortuus est durante hoc fatale, tunc heredibus ejus post 4 menses ab illius morte demum currit fatale.

Solennitatibus probationis annumeratur

c) *Subjectio s. annotatio mediorum probandi* ad articulos; porro

d) *Imploratio judicis a probante facta*, ad citandum adversarium; non tamen sub poena desertionis hoc fieri debet. [265])

Media probandi sunt

vel Ordinaria, quae semper admittuntur; huc pertinent:

☉) *Testes*, ☽) *Documenta*, ♂) *Inspectio ocularis*, ☿) *Arbitrium artis peritorum*, ♃) *Praesumtio*, ♀) *Confessio adversarii*, ♄) *Notorietas.*

vel Subsidiaria, quae tantum admittuntur, si alia media probandi nulla adsunt, nec possunt cum aliis cumulari. Huc pertinet

Juramentum.

☉) *Testis* est persona ad fidem de re incerta faciendam denominata. Est

1) *vel Inhabilis*, qui fidem facere non potest. Hic est

vel natura talis; huc pertinent

a) furiosus;
b) mente captus;
c) surdus et mutus natura talis;
d) infantiae majores et infantes;

vel lege; hic est

α) *vel absolute talis*, qui nullo respectu admittitur. Huc referendi sunt

a) infames jure tales; [266])
b) banniti; [267])
c) perjuri; [268])

 d) de

265) Cfr. Rivin. En. 82. et Ord. Proc. Rec. 20, 7.
266) Vid. Recessus Imperii de 1526. §. 6.
267) O. C. P. 2. tit. 9. §. 2.
268) c. 14. XXII, q. 5.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0095
DFG

d) decoctores malitioſi; [269])
e) blaſphemi; [270])
f) teſtes auriti, excipe in factis antiquis, ubi ſemiplene probant; [271])
g) teſtis corruptus; [272])
h) foeneratores condemnati; [273])
i) teſtis injuratus.

β) *vel teſtis inhabilis relative talis*, h. e. in quadam tantummodo re. Huc pertinent

1) *ob intereſſe pecuniarium*,
a) quilibet in propria cauſa,
b) haeres in teſtamento;
c) venditor in cauſa evictionis;
d) ſocius in cauſa ſocietatis;
e) conſors et correus in cauſa communi;
f) membrum univerſitatis in cauſa ad utilitatem ſingulorum membrorum pertinente; ſecus eſt in cauſa ad utilitatem, quae univerſos tangit; [274])
g) creditor in cauſa pignoris; [275]) excipe, ſi eum negotium non tangit; [276])
h) Cedens in cauſa ceſſa, et ceſſionarius aeque.

2) *ob intereſſe honoris et laudis*,
a) Advocatus in cauſa ab eo geſta; [277])
b) Procurator in negotio ei commiſſo, pro mandante;
c) Tutor et Curator pro pupillo et minore;
d) judex de ſuo facto;

e) No-

269) Vid. Banqueroutier-Mandat §. 10. 12.
270) Cfr. Hommelii Obſerv. 211.
271) Ibid.
272) v. l. 3. ff. de teſtibus.
273) v. Mandatum de 1625.
274) c. 12. X. de teſtibus.
275) L. 4. §. 4. ff. de appell.
276) Cfr. Martini ad O. P. Sax. 20, 2, 302.
277) Vid. l. f. ff. de teſtibus.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0096
DFG

e) Notarius pro instrumento ab eo ipso confecto; [278])
f) Actuarius pro sua registratura;
g) donator de re donata. [279])

3) *ob conjunctionem*,
a) parentes omnis generis pro et contra liberos, [280]) et in affinitate;
b) liberi omnis generis pro et contra parentes, et in affinitate;
c) complex delicti;
d) concubinae in causa concubini; [281])
e) conjuges pro et contra se;
f) sponsus et sponsa pro et contra se.

4) *ob singularem causam*,
Clericus in re sub sigillo confessionis revelata. [282])

Testes inhabiles nihil probant; excipe,
1) quatenus contra producentem aliquid dicunt;
2) si veritas aliter haberi nequit; [283])
3) quoad defensionem rei in criminalibus; [284])
4) si agitur de evitando peccato; [285])
5) si adversarius inhabilitatem testis non urget.

vel testes Habiles, qui fidem facere possunt. Hi sunt

vel testes Classici, s. omni exceptione majores, quibus nihil potest cum effectu opponi. Huc quoque pertinent:
a) Liberi adulterini; [286])

 b) affi-

278) Rec. Imp. de 1512. Tit. 1. §. 2.
279) Cfr. Mencke ff. 22, 5, 10.
280) Exceptiones vide apud Hommelium Obs. 211.
281) Ibid.
282) Cfr. Mandatum de 1618.
283) L. fin. X. de testibus.
284) L. 5. ff. de poenis.
285) Cfr. Mencke D. l. 25. §. 5. §. 14.
286) L. 6. ff. de decur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0097
DFG

b) affines ultra 3 gradum comp. civilis; [287])
c) levis notae macula laborantes;
d) Collegae, condiſcipuli, commilitones;
e) conſobrini;
f) excommunicati; [288])
g) inopes;
h) ſtupratae; [289])
i) mutus; [290])
k) puberes 18 annor.
l) ſtudioſi relegati ab Academia; [291])
m) ſponte ſe ingerens; excipe, ſi lucrum inde ſperare poteſt;
n) vicini. [292])

vel teſtes Suſpecti, qui plenam fidem non faciunt. Hi ſunt

vel ſemiteſtes majores, huc
a) adulter;
b) collega in cauſa collegae;
c) comprivigni;
d) debitor in cauſa tertii cum creditore ſuo;
e) famulitium domeſticum; [293])
f) puberes 14 annor.

vel ſemiteſtes in ſpecie, huc referuntur
a) affines et conſanguinei 2 et 3 gradus lineae inaequalis comput. civil. Olim usque ad 7 grad.
b) patruus et amita;
c) avunculus;
d) Conſiliarius in cauſa Principis;
e) ebrioſus, ſc. ſingulis menſibus pleniſſime;
f) Judaeus contra Chriſtianum;
g) mendicantes;
h) me-

287) Cfr. Hommelii Rhapſ. Obſ. 211.
288) Cfr. Wernheri Princ. juris eccleſ. l. 6. §. 19—23.
289) Cfr. Bergeri Oec. jur. 1, 2, 13, 4.
290) c. 23. X. de ſponſal.
291) Cfr. Mencke ff. 3, 2, 4.
292) Cfr. Hommel l. c.
293) Cfr. Reſcr. de 12. Nov. 1755. Secus jure civ. olim.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0098
DFG

h) meretrix publica; secus jure romano;
i) parochus in causa ecclesiae;
k) prodigus;
l) scenici inferiores;
m) separati a thoro et mensa;
n) subditi.

vel semitestes minores, huc pertinent v. gr.
a) bigami;
b) falsarius;
c) fratres;
d) inimicus capitalis;
e) lenones et lenae.

Testis est
2) *vel juratus*; talis in regula requiritur;
vel non juratus; hic regulariter nil probat.
3) *vel testis auritus*, qui de auditu alieno aliquid edicit. Hic nil probat, nisi in factis antiquis.
vel testis oculatus, qui de re, quam ipse expertus est, testimonium praebet. Talis regulariter requiritur.
4) *vel testis judicialis*, qui in judicio testimonium praebet;
vel testis extrajudicialis, qui extra judicium testatur.

Requisita testis in processu sunt, ut
1) sit habilis,
2) juratus,
3) oculatus,
4) judicialis.

Actus circa testes notandi sunt:
1) *Denominatio*, nomine et praenomine, qualitate et loco habitationis notatis;
2) *Directorii adjectio*. Directorium est scriptura, qua notatur, super quibus articulis testes sint examinandi.
3) *Citatio testium*. Haec

a) sit

a) fit a judice, quoque ex officio hodie;
b) intra 3 septimanas ab articulis oblatis; [294])
c) sub poena 5 thal. et secunda vice 10 thalerorum; [295])
d) ad terminum productionis vel reproductionis.

4) *Testium Productio.* Haec est actus, quo testes a producente in judicio sistuntur. Est

vel realis, quae fit praesentatione testium;

vel verbalis, quae fit mentione testium. Haec est

vel absentium, qualis hodie non op.. est, [296])
vel praesentium.

Productio fieri debet in ipso termino a producente praesente, sub poena desertionis.

5) *Interrogatoriorum traditio.* Interrogatoria sunt quaestiones adversarii, super quibus testes alterius sunt examinandi. Sunt

vel generalia, quae personas testium respiciunt;

vel specialia, quae ad rem, articulis alterius inclusam, spectant.

Requisita Interrogatoriorum sunt,
1) ut sint pertinentia;
2) non criminosa, s. injuriosa.

Cessant

vel omnia 1) in processu inhibitivo;
2) - - inquisitorio;
3) - - executivo; [297])
4) in possessorio summario. [298])

vel tantum specialia,
in defensione conscientiae. [299])

Sup-

294) Vid. Ord. Recogn. 20, 7.
295) Ibid. tit. 22 §. 1.
296) Ibidem et 20. 7.
297) Cnf. Mencke disp. Proc. 10, 9.
298) Cfr. Bergeri Oec. jur. p. 1071.
299) Decis. Elector. 19.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0100
DFG

Suppleri a judice in causa civili
jure civili et Can. possunt, [300])
jure Sax. non possunt. [301])

6) *Examen testium.* Hoc fit
a) a judice;
b) secundum directorium;
c) super articulis et interrogatoriis;
d) confecta desuper registratura.

7) *Juramenti testium de veritate dicenda praestatio.* Haec fit
in civilibus ante examen testium,
in criminalibus post illud.

8) *Rotuli confectio.* Rotulus est scriptura, qua continentur depositiones testium.

Aliud medium probandi est

D) *Documentum*, quod est scriptura super actu quodam confecta. [302]) Est
vel documentum originale,
vel documentum transumtum, s. copia.

Originale est
vel documentum publicum, quod a persona publica est confectum;
vel docum. privatum, quod a privata persona est scriptum; et olim
vel docum. quasi publicum, quod coram 3 testibus erat confectum. Hoc hodie pro privato habetur.

Copia est
vel nuda, quae non est vidimata a persona publica;
vel vidimata, quae collationata est a persona publica cum Originali;

vel

300) Cnf. Mencke disp. Proc. 10, 9.
301) Cfr. Bergeri Oec. Jur. 4, 24, 14.
302) Cfr. tit. Dig. de fide instrumentor.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0101
DFG

vel cop. in forma probante, quae ab illo judice, coram quo Originale confectum est, collationatur.

Actus circa probationem per documentum notandi sunt:

1) *Inductio.* Haec est actus, quo documenta sub certo signo indicantur. Talia signa in Saxonia sunt:
   a) Litterae;
   b) Planetarum signa;
   c) cifrae. [303])

   Alia signa sub poena 5 thal. sunt prohibita.

2) *Specificatio*, h. e. descriptio documentorum. Haec fit in fine articulorum plerumque, vel sub articulis.

3) *Copiarum adjectio.* Haec est
   vel necessaria, si originalia in actis praesentibus non continentur. Fieri potest per extractum ad negotium pertinentem; sc.
      a) adjecta subscriptione, loco et tempore; [304])
      b) addita versione, si documenta originalia in peregrina lingua sunt scripta; [305])
      c) ipsis verbis documentorum originalium scriptis, [306]) sub poena desertionis;

   vel voluntaria,
      1) si documenta jam a parte adversa sunt producta, aut
      2) si jam in Actis deprehenduntur.

   His casibus requiritur allegatio foliorum recta, sub poena 5 thalerorum. [307])

   Defectus copiarum efficit, ut documentum non possit produci in termino. Excipe,
      1) si copiarum adjectio fuit voluntaria;

2) si

303) Vid. Ord. Rec. 24, 2.
304) Ibid.
305) Ordin. Proc. Rec. 25, 2.
306) Cfr. Bergeri E. D. F. p. 735.
307) Vid. Ord. Recogn. 24, 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0102
DFG

2) si probaturus documenta ipsa non possidet, sufficit, si editionem documentorum sub articulis ab alio petit. [308])

4) *Transmissio copiarum ad Productum.* Haec fit
   a) per judicem;
   b) cum citatione ad terminum productionis.

5) *Citatio ad terminum productionis.* Haec peragitur
   a) a judice ex officio sub poena 5 thal. [309])
   b) continet spatium saxonicum ab insinuatione usque ad terminum;
   c) sub praejudicio:
      α) desertorum documentorum, ratione producentis;
      β) editi s. recogniti, ratione producti; [310])
   d) subsequente relatione et registratura de insinuatione citationis facta.

6) *Productio*, est actus, quo documenta in judicio offeruntur. Haec fit
   a) a producente, vel ejus mandatario;
   b) in originali, vel per relationem ad acta, foliis allegatis, sub poena 5 thal. [311])
   c) mentione generali facta;
   d) in prima, vel saltem in secunda positione termini, sub poena desertionis. [312]) Excipe,
      α) in demonstratione, [313])
      β) ob citationem non legitimam; [314])
   e) facta desuper registratura.

Cessat productio
   1) quoad documenta non inducta, aut non transmissa in copia. Excipe,

308) Ord. Rec. T. 26. §. 1.
309) Ibidem t. 29, 7.
310) Ibid.
311) Ibid. tit. 24. §. 1.
312) Ibid. 25, 1.
313) Berger Elect. p. 739.
314) O. R. S. t. 4. §. 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0103
DFG

a) si producens documentorum editionem ab alio petiit;
b) si adversarius ipse documenta antea produxit;
c) si documenta in actis continentur;
2) post secundam positionem et terminum. Excipe,
a) si citatio ad terminum spatium Saxonicum non continuit, [315])
b) si quis antea notitiam documentorum non habuerit. [316])

7) *Recognitio*, est declaratio producti, documentum esse id, pro quo productum sit. Haec est
a) *vel nuda*, quae cum editione conjuncta non est;
vel qualificata, quæ cum editione simul est praestanda;
b) *vel pura*, quae sine certo respectu praestatur;
vel eventualis, quae in certum eventum fit;
c) *vel vera*, quae verbis exprimitur,
vel ficta, quae ex contumacia pro facta habetur;
d) *vel generalis*, quae fit verbis generalibus;
vel specialis, quae fit verbis specialibus. [317])

Requisita circa recognitionem observanda sunt:
1) antecedens citatio praejudicialis, et insinuatio legitima;
2) antecedens inductio et productio documenti legitima, a producente peracta;
3) declaratio producti non nimis vaga; [318])
4) documentum recognitione egens, et quoque probans.

Recognitio cessat, saltem non opus est
1) in documentis, quae sine recognitione probant. Huc pertinebant *olim*
a) de-

315) Cfr. Gribneri Proc. 1, 3, 3, 1. a.
316) Vid. Ord. Proc. Rec. 24, 3.
317) Cfr. Kaestneri Proc. c. 27. §. 9.
318) Ibidem.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0104
DFG

a) decreta,
b) sententiae,
c) Recessus judiciales;

et hodie in Saxonia Elect.

a) omnia documenta publica;
b) documenta judicialiter jam recognita; [319])

2) in documentis irrecognoscibilibus, h. e. quae nihil probant; huc referuntur

a) Copiae nudae;
b) documenta corrupta et suspecta. [320])

Effectus recognitionis factae est, ut documentis possit probari. Recognitioni opponitur

8) *Diffessio*, quae est declaratio producti, documentum non esse id, pro quo productum sit. [321]) Est

vel totalis, quae fit quoad totum documentum;

vel partialis, quae fit quoad contenta, vel quoad subscriptionem. Haec reguariter non valet; excipe,

a) si falsi indicia adsunt, licet tantum remota; [322])
b) in processu ordinario, si extensio inscio et invito subscribente facta est; [323]) excipe
in documentis alienis. [324])

Requisita circa diffessionem notanda sunt,

1) oblatio producti ad diffessionem in termino productionis;
2) termini constitutio, 8—14 dierum, ad diffessionem praestandam;

 3) prae-

319) Ord. P. R. tit. 25. §. 2.
320) Cfr. Krausii Proc. 1, 3, 3, 12.
321) Cfr. Schoepfer de diffess. instrument.
322) Cfr. Rivin. En. 25. 26.
323) O. R. app. §. 9.
324) Krausii Proc. add.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0105
DFG

3) praestatio juramenti diffessionis a producto ipso, in termino constituto, sub poena
   α) ut documenta pro recognitis habeantur;
   β) productus exceptiones suas amittat;
   γ) 10, 20, 30 thaleris puniatur. [325])

Effectus diffessionis est, ut documentum nil probet.

Cessat diffessio
1) quoad documenta publica omnia;
2) contra libros mercatorios, juramento confirmatos; [326])
3) si per duos testes subscriptio probatur. [327])

9) *Editio documentorum.* [328]) Est
vel nuda, si tantum editio petitur;
vel qualificata, si simul recognitio postulatur. Haec regulariter non valet. Excipe,
in articulis probatorialibus.

Fit editio
a) *vel ab Actore;* hic in regula omnia documenta debet edere, quae ab adversario petuntur; excipe,
   1) si exceptio Rei crimen Actoris, documento illius probandum, continet; [329])
   2) ad reconventionem probandam;
   3) ad compensationem efficiendam; [330])
   4) si causa Actoris favorabilis est;
   5) si Reus alia media probandi habet. [331])
b) *vel a Reo.* Hic regulariter non edit documenta; excipe,
   1) si causa Actoris favorabilis est;
   2) si documenta sunt communia; [332])

3) ad

325) Ord. Proc. Rec. 25, 4.
326) Cfr. Kaestneri Proc. c. 18. §. 4.
327) Cfr. Gribneri Proc. 1, 3. 3, 8. a.
328) D. de edendo. C. de edendo.
329) Berlich Pr. c. 45. m. 17.
330) Cfr. Kaestneri Proc. 30, 3.
331) Cfr. Nicolai Proc. 1, §1, 2.
332) Cfr. Martini ad O. P. Sax. 26, 29.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0106
DFG

3) ad replicam Actoris probandam;
4) si veritas aliter haberi nequit; [333])

c) *vel a tertio*; hic regulariter non edit documenta; excipe,
1) si documenta sunt communia;
2) — — — Actoris vel Rei propria;
3) Acta publica, quorum alter habet interesse. [334])

Requisita circa editionem notanda sunt,

1) *Petitio editionis* a probaturo facta, tempore articulorum exhibitorum *hodie*; [335])
vel adhuc in termino, *olim*; [336])

2) *Demonstratio possessionis documentorum*; haec fit
vel indiciis;
vel juramenti delatione,
vel juramenti calumniae praestatione;

3) *Citatio possidentis*, quae emittitur
α) *vel sub praejudicio editi et recogniti*, si reus docum. possidet, et copiae documenti adsunt;
β) *vel sub praejudicio*, daß die Articul für eingeräumt zu achten, si reus possidet, et copiae apud Actorem non sunt;
γ) vel sub poena 5 — 10 thal. si tertius possidet. [337])

4) Editio vel juramenti editionis praestatio in ipso termino. [338])

Cessat

333) Maevius II, 27. Wernher de reo actori ad edendum obligato. Stryck de documentorum amiss.
334) L. 2. C. de edendo.
335) Ord. Rec. 26, 1.
336) Cfr. Gribneri Proc. 1, 3, 4, 1. a.
337) Vid. Ord. Proc. Rec. t. 27. §. 3.
338) Cfr. Kaestneri Proc. c. 30, 9.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0107
DFG

Ceſſat editio, ſ. non eſt opus,
1) ſi juſta cauſa non adeſt;
2) ſi productus copias pro originali agnoſcit. [339])

Medium probandi quoque eſt

♂) *Inſpectio ocularis*, quae eſt actus, quo ex adſpectu de veritate rei litigioſae judicatur. [340]) Eſt
vel officialis, quam judex decernit proprio motu;
vel petita, quae a parte litigante poſtulatur.

Requiſita ſunt,
1) Reſolutio judicis ante rem judicatam definitivae ſententiae; vel petitio tempeſtiva, intra 14 dies a publicatis rotulis, aut ſub articulis facta; [341])
2) Citatio partium, quarum intereſt, ſub nullitate [342]) facienda; excipe, in criminalibus;
3) praeſentia judicis et Actuarii; [343])
4) Conſignatio ab Actuario et ſaepius Ichnographia ab agrimenſoribus juratis facta;
5) expenſarum praeſtatio, quae fit
vel ab implorante, excipe expenſas productí;
vel a condemnato, pro arbitrio judicis. [344])

Effectus eſt, ut probet in rebus, quae in ſenſum viſus incurrunt.

Mediis probandi annumeratur quoque

☿) *Arbitrium artis peritorum*, eſt modus, quo per judicium artis peritorum veritas alicujus rei probatur. Hoc obvenit
a) in cauſis rationum ſ. computationum;
b) in cauſis oeconomicis;
c) in cauſis opificum, etc.

Requiſita ſunt:
a) artis periti debent eſſe jurati; [345])

b) nu-

339) Ord. Rec. 7, 2.
340) Cfr. Hertius de inſpect. ocular.
341) Ordinat. Proceſſus Rec. Tit. 28 §. 1.
342) Rivinus ad O. P. S. tit. 28. §. 1.
343) Cfr. Krauſii Proc. 1, 3, 5, 4.
344) O. P. R. tit. 28. §. 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0108
DFG

b) plures, saltem duo;
c) arbitrium eorum ad acta consignetur.

Effectus est, ut artis peritorum arbitrium, in causa artis eorum, plus probet pluribus testibus. [346])

Inter Media probandi refertur deinde

24) *Praesumtio*, quae est modus, quo pro vero habetur id, quod plerumque fit. [347]) Est

vel praesumtio hominis, sc. opinio a judice ex circumstantiis assumta, quae habetur pro vera donec contrarium probatur. [348])

Differt *suspicio*, quae vel levis, vel verosimilis vel violenta esse docetur. [349])

vel praesumtio juris, quae lege nititur, et admittit probationem contrarii; huc pertinent:

1) Omnis actus praesumitur legitimus;
2) Semel malus semper talis praesumitur, sc. in eodem genere;
3) Quilibet praesumitur jure suo potius uti, quam delinquere;
4) Dolo carere non videtur, qui in actu illicito versatur;
5) Quaelibet res praesumitur libera; [350])
6) Possessor praesumitur justus, [351]) etc.

vel praesumtio juris et de jure, quae lege nititur, nec contrarii probationem admittit, nisi impossibilitas doceatur. Huc pertinent v. gr.

1) res a tutore in inventarium relata praesumitur pupilli; [352])

2) par-

346) Cfr. Bergeri Oec. Jur. 4, 24, 8, 4.
347) Cfr. D. de praesumt. Canz. de probabilitate jurid.
348) Cfr. Bergeri Oecon. jur. 4, 24, 1.
349) Cfr. Schoen. Syst. Dig. 22, 3, 3.
350) L. 9. C. de servit.
351) L. 4 C. de edend. Cfr. Moeckert de indole praesumt. jur.
352) L. 13. C. de arbitr. tutel.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0109
DFG

2) partus in matrimonio natus praesumitur legitimus; [353])
3) concumbens cum sponsa conditionata conditioni renunciat. [354])

Praesumtio
in civilibus saepius plenam,
in criminalibus minus plenam tantum probationem efficit.

Mediis probandi annumeratur quoque

♀) *Confessio adversarii.* Haec dicitur regina probationum. [355]) Est
1) *vel judicialis*, quae in judicio fit;
vel extrajudicialis, quae fit extra locum judicii;
2) *vel vera*, verbis declarata;
vel ficta, ex factis collecta, v. gr. ex contumacia;
3) *vel civilis*, in causa civili;
vel criminalis, quoad causam criminalem;
4) *vel principalis*, de negotio principali;
vel incidens, de negotio minus principali;
5) *vel pura*;
vel conditionata, ratione modi, etc.
6) *vel spontanea*,
vel extorta. [356])

Requisita confessionis in genere sunt:
1) ut sit libera; [357])
2) ab homine habili profecta; [358])
3) contra confitentem dicta; [359])

Re-

353) l. 11. §. 9. ff. ad L. Jul. de adult.
354) c. 12. X. de praesumt. Cfr. Schneidt Pr. de praesumt. juris et de jur.
355) Cfr. X. de confess.
356) Confessio est quoque vel simplex, vel qualificata. Ill. Danz Grundsf. §. 297.
357) c. 10. X. de probat.
358) L. 6. §. 5. ff. de confess.
359) c. 1. X. de conf.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0110
DFG

4) absque errore facti; [360])
5) de re certa. [361])

Requisitum Confessionis judicialis et criminalis est, ut coram judice competente fiat.

Acceptatio confessionis extrajudicialis non opus est. [362])

Effectus Confess. judicialis legitimae est plena probatio;
- - - *extrajudicialis* est
in civilibus plena,
in criminalibus semiplena probatio.

Effectus Confessionis fictae; haec
in civilibus plene,
in criminalibus minus plene probat. [363])
- - - *incidentis et extortae*, ut nihil probent.

Tandem medium probandi ordinarium est

ϧ) *Notorietas.* Haec est modus, quo id, quod omnibus fere notum est, pro facto habetur.

Medium probandi subsidiarium est

Juramentum. Hoc est affirmatio alicujus rei cum invocatione Dei facta. [364]) Est

1) *vel juram. promissorium*, quod de facto futuro praestatur;

vel juram. assertorium, quod de facto praeterito vel praesenti fit;

vel juram. mixtum, quod et de facto praesenti et de futuro praestatur.

Assertorium est

a) *vel aestimatorium.* Hoc est

360) L. 2. §. 7. ff. de confess.
361) L. 6. ff. de conf.
362) Leyser 473 cor. 1. dissentiunt Berger et Mencke.
363) Bergeri Oec. jur. 4, 25, 13, 1. Cfr. quoque Danz, Grundsätze §. 299.
364) Cfr. tit. Dig. de jurament. Malblanc doctr. de jurejur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0111
DFG

vel juram. minorationis, quod olim reus jurabat, damnum esse minus, quam actor diceret. Hoc hodie cessat. [365])

vel juram. Zenonianum, quo quis damnum, ex invasione vel abreptione rerum ortum, indicat; [366])

vel juram. litis aestimatorium, quod pretium litis tangit. Hoc est

vel juram. veritatis, quo lis aestimatur secundum communem valorem;

vel juram. affectionis, quo lis aestimatur secundum singularem affectionem. [367]) Ad hoc requiritur

1) singularis affectio rei; quae est
   vel interna,
   vel externa.

   Cessat a) ob voluptatem;
   b) in nummis.

2) dolus aut lata culpa alterius, contra quem juratur;

3) injunctio a judice ipso facta; [368])

4) saepius moderatio judicis, antecedens praestationi juramenti. [369])

Effectus hujus juramenti sunt:

1) Reus condemnatur regulariter in tantum, quantum juratum est;

2) dominium rei transfertur Reo; [370]) excipe, si res non fuit actoris propria;

b) *vel*

365) O. P. R. tit. 31. §. 2.
366) L. 9. C. unde vi.
367) Cfr. tit. D. de in litem jurando.
368) Vid. l. 4. §. 1. ff. de in litem jur.
369) Ibidem §. 2.
370) Cfr. Mencke D l. 12. t. 3. §. 6.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0112
DFG

b) *vel juramentum decisorium.* [371]) Hoc est
α) *vel juram principale*, quo res ipsa deciditur. Hoc est
vel juram. delatum, *s. conventionale*, et quidem
vel juram. judiciale, quod pars parti in judicio defert;
vel juram. extrajudiciale, quod parti ab altera parte extra judicium defertur; dicitur quoque *voluntarium*. Hoc est
vel jur. explicitum, quod invocationem Dei expressis verbis continet;
vel jur. implicitum, quod invocationem Dei non expresse continet; fit formula: An Eydes statt;
vel juramentum injunctum, *s. necessarium*, *s. legale*, quod judex alicui praestandum praecipit. Est
vel jur. suppletorium, quo ad veritatem alicujus rei aliquid accedit;.
vel jur. purgatorium, quo suspicio amovetur.
β) *vel juram. minus principale*, quod ad rem controversam ipsam non spectat. Huc referuntur:
1) juramentum calumniae;
2) - - - testium;
3) - - - perhorrescentiae;
4) - - - editionis;
5) - - - diffessionis, etc.

371) Cfr. Tit. D. de jurejur.

Ad juramentum mixtum pertinet juramentum paupertatis, quod partim assertorium, partim promissorium est.

2) *vel juramentum solenne*, quod praestatur mediantibus solennitatibus; dicitur *doctum*, *avisatum*, *corporale*. Tales *solennitates* sunt

vel ordinariae, quae semper adsunt; huc pertinent:

a) admonitio;
b) praelectio;
c) digitorum erectio, s. manus impositio ad pectus;
d) elocutio secundum praelectionem;

vel extraordinariae, quae quoad diversa loca quoque diversae sunt; huc refertur v. gr. aperitio januae, etc.

vel juramentum minus solenne, quod absque solennitatibus fit.

Requisita juramenti in genere sunt:

a) judicium;
b) veritas;
c) justitia;
d) invocatio Dei. [372])

Requisita juramenti judicialis et legalis in specie sunt,

a) ut sit explicitum;
b) - - solemne.

Actus circa juramentum judiciale notandi sunt:

1) *Delatio*. Haec est actus, quo quis veritatem alicujus rei alterius juramento committit. [373])

Requisita sunt:

1) *deferens sit plene sui juris*; [374])
2) *deferatur personae habili*, v. gr.
a) saltem minoribus 18 annorum in civilibus;
- - - - 16 annor. in matrimonialibus;

b) pu-

372) Cfr. Ludovici D. 12, 2, 4.
373) Cfr. Ill. Wiesand Diss. de probatione per juram. delat.
374) L. 17. ff. de jurejur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0114
DFG

b) pubertati proximis usque ad 18 annos, volentibus tantum;
c) non perjuris, nec perjurii ſuſpectis;
d) principali ipſo, non procurori; excipe, jure civili, [375]) ſi procurator velit, huic quoque deferri juramentum poteſt.

3) *Delatio ſit tempeſtiva*, ſcil.
a) *ſuper libello et replica libello inſerta*,
Ordin. Proc. Recogn. in ipſo libello; [376])
Ord. Vet. ante guarandam actualiter praeſtitam et litem pure conteſtatam; [377])
Jure romano ante ſententiam definitivam;
b) *ſuper replica* libello non inſerta,
hodie ſub articulis; [377])
olim adhuc in termino productionis vel reproductionis; [378])
c) *ſuper exceptionibus*,
jure novo ſub articulis;
jure veteri adhuc in termino productionis vel reproductionis;
4) *juſtus modus*;
jure novo generaliter: über dieſen Artikel wird der Eyd deferiret;
jure veteri
a) *in factis propriis* juramentum conſcientiae,
b) *in factis alienis* juramentum ſcientiae aut notitiae, erat committendum. [379])
5) *Cauſa non prohibita.*

Juramenti delatio *ceſſat*
1) in proceſſu criminali;
2) in

375) L. 34. §. 3. ff. de jurejur.
376) Vid. Ord. Recogn. 18, 1.
377) Ordinar. Proceſſus Vet. Tit. 18. §. 1.
378) Ordin. Proc. Rec. 18, 2.
379) Cfr. Gribneri Proc. 1, 4, 1, 2. b.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0115
DFG

2) - - - executivo;
3) - - - possessorio|summario;
4) - - - inhibitionis.
5) super exceptiones dilatorias et litis ingressum impedientes;
6) super legitimationem activam ad causam;
7) super exceptiones in articulis probatorialibus, post Litis contestationem affirmativam, secundum Ord. Pr. Vet. [380]) excipe, si nominatim reservata est;
8) ad interesse probandum in interventione;
9) ad diffamationem factam probandam;
10) super sponsalia clandestina;
11) super jure et legibus;
12) super validitate registraturae;
13) contra inventarium;
14) in juramento revocato;
excipe, si quis beneficium restitutionis in integrum habet.

II) *Revocatio juramenti.* Haec est
vel nuda, si aliud medium probandi non additur;
vel qualificata, si aliud medium probandi adjicitur.

Requisita sunt:
1) ut fiat tempestive, scil.
Ord. Proc. Sax. Rec. ante rem judicatam super juramento; [381])
Ord. Proc. Vet. ante rem judicatam et ante acceptationem aut relationem. [382])
2) ut expensae adversario restituantur.

III) *Declaratio ejus, cui juramentum est delatum.* Haec est
a) *vel acceptatio juramenti*, qua declarat se velle jurare. Est

1) *vel*

380) Ibid. 1, 4, 1, 8.
381) v. Tit. 18. § Da aber. sed Ord. Rec. hoc licet indistincte, vid. Tit. 21. §. 2.
382) Ord. P. R. tit. 5. §. 9.
383) Vid. Ord. Vet. 18, 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0116
DFG

1) *vel vera*, quae voluntate acceptantis nititur. Haec est
vel expreſſa, quae fit verbis;
vel tacita, quae fit ſilentio;
vel acceptatio ficta, quae O. P. R. oritur, ſi quis illicite refert juramentum;
2) *vel acceptatio pura*,
vel accept. qualificata, quae fit cum reſervatione relationis aut defenſionis conſcientiae. Haec
Ord. Pr. Recogn. non valet, ſed pro pura habetur, [384])
Jure S. Vet. valet. [385])

b) *vel Defenſio conſcientiae*, ſ. probatio ad exonerandam conſcientiam, Gewiſſens-Vertretung; eſt actus, quo quis contrarium de eo, ſuper quo juramentum ei eſt delatum, probare vult. [386])

Requiſita ſunt:
1) tempus legitimum;
2) cauſa non prohibita.

Ceſſat defenſio conſcientiae
a) in juram. purgatorio hodie, olim non;
b) in ſuppletorio;
c) in juramento diffeſſionis; [387])
d) in juramento ſuper legato vel fideicommiſſo praeſenti haeredi injuncto;
e) in juramento editionis; [388])
f) in cauſis injuriarum; [389])
g) in cauſis minutis; [390])
h) in

384) Ord. P. R. tit. 18. §. 1.
385) Vid. Ord. Vet. 18, 8.
386) Cfr. Suevus, Boerner, Bauer Diſſ. de hac re.
387) Cfr. Rivin. T. 19. En. 2.
388) Vid. Ord. Proc. Rec. 26, 2.
389) v. Mandatum de 1716.
390) Ord. Rec. 1, 6. 19, 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0117
DFG

h) in juramento relato, aut jam acceptato; [391])

3) Oblatio articulorum tempestiva, intra spatium Saxonicum, quod currit
jure novo a re judicata super juramento; [392])
jure veteri a momento oblationis factae; [393])

4) Articuli pertinentes, h. e. qui ad factum ipsum spectant, nec exceptiones in se continent;

5) Medium probandi legitimum, sc.
a) testes;
b) documenta, etc.
Juramenti delatio hic non est licita.

6) ut nec interrogatoria specialia, [394]) nec reprobatio admittantur;

7) ut tantum septiduum ad disceptationes partium concedatur. [395])

Effectus defensionis conscientiae:

a) si plene probatum est, juramentum principale pro praestito habetur;

b) si semiplene probatum est,
jure S. novo suppletorium vel purgatorium injungitur;
jure S. veteri suppletorium aut purgatorium injungitur, vel datur regressus ad juramentum principale; [396])

c) si nihil probatum, tunc
jure S. novo juramentum principale est desertum; [397])

Jure

391) Ord. Vet. 19, 3.
392) O. P. R. tit. 19. §. 2.
393) Cnf. Mencke de defens. consc. §. 3.
394) Decis. Elector. 19. Ord. Rec. 19, 2.
395) Ord. Rec. 29, 3.
396) Cfr. Gribneri Proc. 1, 4, 3, 8.
397) Ord. Rec. 19, 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0118
DFG

jure S. veteri

α) ob articulos impertinentes, vel renunciationem defensionis patet regressus ad juramentum principale; [398])

β) ob desertam defensionem, juramentum pro deserto habetur. [399])

1) *Relatio juramenti.* Haec est actus, quo quis juramentum ipsi delatum conscientiae deferentis ipsius committit. [400])

Requisita sunt:

1) tempus declarationis super juramento rite observatum;

2) causa licita.

Causae illicitae, in quibus relatio cessat, sunt

a) in juramento legali, s. a judice injuncto;

b) in juramento super factis referre volentis propriis delato;

c) in juramento jam acceptato; [401])

d) in juramento relato; [402])

e) in juramento extrajudiciali; [403])

f) in juramento editionis;

g) in juramento, super legato relicto, heredi delato;

h) post coeptam defensionem conscientiae.

Effectus relati juramenti in casu licito est praestatio juramenti relati et calumniae a deferente facienda.

Effectus relati juramenti in casu illicito Ordin. Proc. Recogn. est acceptatio ficta; [404])

398) Rivinus En. 19, 28. Berger Elect. p. 613.
399) Cfr. Gribneri Proc. 1, 4, 3, 4.
400) Cfr. Wildvogel, Lauterbach, Joachim Diss. de relat. juram.
401) L. 17. ff. de jurejur.
402) Cfr. Kaestneri Proc. 22, 5.
403) L. 17. ff. de jurejur.
404) O. P. R. tit. 18. §. 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0119
DFG

Jure Sax. Vet. est desertio juramenti. [405])

Requisita Declarationis ejus, cui juramentum est delatum, sunt, ut sit

1) perspicua et clara,
2) pura, sine reservatione; quod jure S. veteri secus est;
3) tempestiva, scil.

Ord. Proc. Sax. Rec. saltem in ultima positione termini ad responsionem super juramento praefixi;

Ord. Proc. Vet. intra octiduum post rem judicatam super juramento delato.

Effectus hujus declarationis plerumque est

IV) *Praestatio juramenti.* Haec est

vel oretenus facta, quae regulariter requiritur;
vel scripta, quae obvenit in muto.

Requisita sunt:

1) injunctio per rem judicatam;
2) constitutio termini ad juramentum praestandum

hodie ex officio judicis; [406])

jure S. veteri

a) ad oblationem juraturi intra 8 dies post rem judicatam;
b) et petitionem:
α) ut terminus constituatur,
β) et adversarius ad videndum jurare et juramentum calumniae praestandum citetur. [407])

3) Concessio spatii Saxonici inter insinuationem factam et terminum juratorium;
4) Comparitio utriusque partis in termino, et quidem in persona propria; [408])

5) Ad-

405) Rivinus Tit. 18. En. 56.
406) vid. Tit. 18. §. 7.
407) Cfr. Suendendörfer in Proc. Fibigiano p. 1313. Gribneri Proc. 1, 4, 2, 3. sqq.
408) Ordin. Proc. Rec. 18, 7. Jure civili procurator quoque admittitur. Vide L. 9. §. 6. ff. de jurejur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0120
DFG

5) Admonitio de vitando perjurio, a judice facta;
6) Habilitas personae juraturae;
7) Justus locus, scilicet locus judicii; excipe,
   a) in auditoriis fit, si juraturus est persona illustris, v. gr. Comes, Baro;
   b) in domo privata, si juraturus est valetudinarius. [409])
8) Justum tempus, sc. ante meridiem. [410])
9) Justus modus, sc. fieri debet
   α) in persona propria. Excipe,
      a) Litis consortes majores 18 annis pro reliquis litis consortibus minoribus simul jurant; [411])
      b) pro pupillis et furiosis tutor vel curator jurat, nisi justa causa adsit, qua juramentum a judice differri possit; [412])
      c) pro universitatibus et collegiis jurant 2-3 membra eorum a deferente electa; [413])
      d) pro cessionario saepe cedens jurat; [414])
      e) pro defuncto heredes de credulitate jurant; [415])
      f) pro vasallo subdito procurator potest jurare; [416])
      g) jure civili procurator pro principali semper jurare potest. [417])
   β) secundum intentionem deferentis, sine reservatione mentali, et in forma, sub qua delatum est. [418])

409) Cfr. Krausii Proc. 1, 4, 4, 20.
410) Vid. Ord. Proc. Rec. 4, 5.
411) Ibidem 18, 4.
412) Ibidem.
413) Ibid. §. 5.
414) Cfr. Krausii Proc. 1, 4, 4, 18.
415) O. R. 18, 8.
416) Bergeri Oec. jur. 4, 25, 1, 2.
417) L. 34 §. 3. ff. de jurejur.
418) c. 9. XXII q. 5. L. 33. ff. de jurej.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0121
DFG

Effectus juramenti praestiti est
1) absolutio vel condemnatio ratione ejus, de quo juratum est;
2) compensatio expensarum; excipe, si juramentum relatum fuerit praestitum. [419])

Effectus juramenti recusati est
1) absolutio vel condemnatio;
2) restitutio expensarum. [420])

V) *Oblatio juramenti*. Haec est
vel principalis, quo quis id, quod alio modo probare non potest, juramento suo confirmare vult. Haec regulariter cessat. Excipe,
1) in causis denunciativis;
2) ad legitima impedimenta demonstranda;
3) ad interesse in interventione demonstrandum; [421])
4) in concursu creditorum ad liquidationes demonstrandas;
vel minus principalis, quae jure veteri requiritur ante praestationem juramenti delati et relati.
Haec hodie non amplius obtinet in Saxonia Elect. [422])

Actibus Mediis porro annumeratur

IV. REPROBATIO. Est actus, quo quis contrarium de eo, quod alter probare voluit, deducere studet. [423]) Est
vel in specie talis, quae in processu ordinario requiritur, et cum iisdem solennitatibus, quam probatio, fieri debet;
vel Redemonstratio, germanice Gegenbescheinigung, quae obvenit in processu summario. et sine solennitatibus peragitur.

Par-

419) Ord. Pr. Rec. 36, 5.
420) Ibid. Cfr. F. A. Hommelii Diss. de poena jurare nolent.
421) O. P. R. 15, 3.
422) Ibid. 18, 8.
423) Cfr. Elsasser select. capit. de probat. et reprob. Joachim different. reprobationis a probatione.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0122
DFG

Partes dicuntur Reproducent et Reproduct.

Fatale Reprobationis est spatium Saxonicum, quod currit
Ord. Proc. Rec. [424]) ab insinuatione articulorum probatorialium;
Ord. Proc. Vet. [425]) a die insinuatae citationis ad publicationem attestationum, vel ad disputationem solemnem.

Media reprobandi sunt eadem, quam media probandi.

Cessat Reprobatio
1) contra defensionem conscientiae; [426])
2) contra demonstrationem in interventione, [427]) etc.

Finis Reprobationis est, ut probatio elidatur.

Ad Actus Medios refertur

V. ATTESTATIONVM PVBLICATIO. Est actus judicialis, quo partibus notum fit, quid testes ad articulos et interrogatoria deposuerint.

Requisita circa hunc actum notanda sunt,
1) Constitutio termini ex officio judicis;
2) transmissio copiarum intra 14 dies post terminum.

Finis hujus actus est, ut disputatio attestationum fieri possit.

Ad Actus Medios pertinet quoque

VI. ATTESTATIONVM DISPVTATIO. Est probatorum et reprobatorum inter partes ventilatio, dicitur die Disputations-Gesetze, das Haupt-Verfahren.

Hic *notanda* sunt
1) *Tempus*, et quidem
a) *a quo*, *Ord. Proc. Rec.* [428]) post 14 dies a publicatis attestationibus;
Ord. Proc. Vet. [429]) ab insinuatione rotulorum;
b) *ad quod*; *jure Sax. novo* [430]) cuique positioni 3 septimanae,
jure S. veteri [431]) cuique positioni 6 septimanae dantur.

Pro-

424) v. Tit. 21. §. 1.
425) Cfr. Tit. 21. §. 1. Rivin. En. 1.
426) Ord. Proc. Rec. 19, 2.
427) Ibid. 15, 2.
428) Ibid. 29, 1. 2.
429) Ord. Proc. Vet. 29, 1.
430) Ordin Proc. Rec. 29, 1.
431) Ordinat. Processus Vet. Tit. 29. §. 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0123
DFG

Prorogatio
Ord. Proc. Rec. non valet;
jure S. veteri valet a judice facta.

2) *Positiones*, quae sunt

Ord. Pr. Rec. [432]) a) Salvatio, b) Exceptio, c) Replica, d) Duplica.

Ord. Proc. Vet. [433]) a) Exceptio, b) Replica, c) Duplica, d) Triplica.

3) *Ordo*;
Ord. Rec. [434]) actor incipit semper;
Ord. Vet. [435]) incipit reprobans.

Actus Medius est

VII. CONCLVSIO IN CAVSA. Haec est submissio causae litigiosae ad decisionem judicis facta. [436]) Est

1) *vel vera*, haec
vel expressa, eaque
vel pura;
vel conditionata;
vel tacita, ob contumaciam;
vel Conclusio ficta, qua causa ex lege pro concluſa habetur, si tempus lapsum est, licet quis adhuc quaedam adjicere velit actis;

2) *vel Conclusio generalis*, quae fit ad sententiam definitivam;
vel Conclusio specialis, quae fit ad sententiam interlocutoriam.

Effectus conclusionis est,
1) ut possit decidi super re huc usque ventilata;
2) ut nova non amplius actis possint adjici; excipe,
a) in criminalibus,
b) in civilibus favorabilibus;
c) a judice semper aliquid adjici potest.

VIII.

432) Ord. Rec. T. 29. §. 2.
433) Ord. Proc. Vet. 29, 1.
434) Vid. Ord. Recogn. 29, 2.
435) O. P. Vet. 29, 1.
436) Krausii Proc. 1, 5, 2. Cfr. quoque a Sode Diss. de conclusione causae. Gerstlacher de posit. ad acta.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0124
DFG

VIII. INROTVLATIO ACTORVM. [437]) Est actus iudicialis, quo scripturae partium in causa litigiosa iterum inspiciuntur et obsignantur.

Requiritur citatio partium ad terminum Inrotulationis, concesso spatio 8-14 dierum.

Effectus est, ut acta maneant partibus consignata usque ad publicationem sententiae.

Protestatio contra Dicasterium

jure civili valet, sed non sub nullitate;

jure saxonico hod. non valet.

Compromissum de actis ad certum Dicasterium mittendis habet effectum. [438])

Tandem Actus Medius est

IX. SENTENTIAE DICTIO. [439]) Sententia est decisio causae litigiosae. Est

1) *vel Sententia in specie*, quae datur a dicasterio;
vel Decretum, quod a judice ipso venit.
Differunt,
a) in illa Von Rechts Wegen subscribitur, in hac proprie non;
b) in illa est subscriptio, in hac non.

2) *vel Sent. in specie*, Urthel, quae habet introitum solennem;
vel Decisum, quod non habet introitum.
Hoc regulariter obvenit in causis minutis.

3) *vel Sent. pura;*
vel Sent. conditionata, sc. sub tali conditione, super qua nova cognitio non opus est, v. gr. si juraverit;

4) *vel Sent. simplex*, quae fit super re certa; haec regulariter requiritur;
vel Sent. alternativa, quae vel ad hanc vel ad illam rem dirigitur;

5) *vel Sent. civilis*, super causa civili;
vel Sent. criminalis, super causa criminali;

6) *vel Sent Interlocutoria*, super puncto incidenti;
vel Sent. Definitiva, super re principali. Haec est
vel condemnatoria;

vel

437) Cfr. Krausii Proc. 1, 5, 2, 3.
438) Vid. Ord. Proc. Rec. 34. 2.
439) Cfr. Krause l. c. D. de re judic. et effectu sent. X. de sent. et re judic.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0125
DFG

vel absolutoria, eaque
α) *l. plena*;
β) *l. minus plena*;
vel mixta.

7) *vel Sent. primae Instantiae*, quamdiu lis coram eodem judice, quo coepta est, ventilatur;
vel secundae instantiae, postquam lis ad superiorem judicem producta est. Haec est
vel confirmatoria, qua prior sententia recta declaratur;
vel reformatoria, qua prior sententia mutatur;
vel Sent. mixta, qua prior sententia partim mutatur, partim eadem manet;
vel Sent. declaratoria, qua interpretatio sententiae additur;
vel Sent. correctoria, qua error sententiae in numero, folio aut nomine tollitur.

Requisita circa sententiam notanda sunt,
1) ut certa sit;
2) ut libello conformis et adaequata sit; quod non petitum est, illud non debet addici.
3) forma consueta. Huc pertinet
a) Rubrum, quod continet
α) Gruß;
β) Anrede;
γ) Eingang;
b) Nigrum; hoc continet
α) decisionem principalem causae litigiosae ipsius;
β) decisionem minus principalem rerum incidentium, v. gr.
a) legitimationis,
b) expensarum, etc. [449])
4) causa licita.
Cessat a) ad restitutionem muneris per rescriptum amissi;
b) in rebus tutelae, inscio Regimine Provinciali;
5) Ut publicetur sententia; hinc
a) constituitur terminus ex officio;
b) sententia praelegitur, vel in copia transmittitur.

449) Vid. Hommel Flav. p. XXI. Sq.

Ef-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0126
DFG

Effectus sententiae non impugnatae est tandem res judicata.
Res judicata est sententia, contra quam nullum amplius valet remedium.
Requisita sunt:
1) publicatio sententiae rite facta;
2) tempus 10 dierum; hoc currit
Ord. Proc. Rec. a momento primae publicationis factae; [441])
jure S. veteri a momento, quo cuique parti publicata est sententia. [442])

C) Actus Processuales Mixti sunt:

I. DILATIO. Haec est concessio longioris spatii, quam lege definitum est. [443])
Est
1) *vel peremtoria;*
vel non peremtoria;
2) *vel legalis;*
vel judicialis;
vel conventionalis.

Requisita sunt:
1) ratione personarum in genere,
a) ad primam dilationem demonstratio legitimorum impedimentorum;
b) ad secundam dilationem juramentum s. legalis solennitas;
2) ratione personarum, quae beneficium restitutionis in integrum habent,
a) ad primam dilationem nuda narrata impedimenta;
b) ad secundam dilationem impedimenta demonstrata;
c) ad tertiam dilationem juramentum. [444])

II. CONTVMACIAE ACCVSATIO. *Contumacia* est inobedientia erga jussum judicis. [445]) Est
vel impropria,
vel propria; haec
vel vera, si insinuatio citationis certa est;
vel praesumta, si insinuatio citationis est incerta. [446])

441) vid. Tit. 34. §. 5.
442) Rivinus Tit. 34. En. 11.
443) Cfr. Dig. 2, 12. Cod. 3, 11, 12. Knorr de recto dilat. usu.
444) Ord. Rec. 20, 3. 4.
445) Cfr. D. 2, 11. X. de dolo et contumac. Schoepfer, Boehmer, Claproth Diss. de hac re.
446) Contumacia dividitur quoque in dolosam et culposam Cfr. Ill. Danz Grundsätze §. 455

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0127
DFG

Requisita ad contumaciam sunt:
1) Citatio peremtoria;
2) legitima insinuatio;
3) accusatio. Haec tamen saepius non opus est, v. c.
a) in Litis contestatione pro parte vitiosa;
b) in termino prosequendae leuterationis aut justificandae appellationis. [447])

Effectus contumaciae est,
1) damnum ex praejudicio in citatione definito;
2) poena, s. mulcta saepius.

Remedia contra contumaciam sunt:
1) *Feriae;* [448]) hae sunt
a) *vel divinae*, eaeque
vel mobiles,
vel immobiles;
vel humanae, et quidem
vel urbanae,
vel rusticae;
b) *vel ordinariae*,
vel extraordinariae;
c) *vel integrae*,
vel semiferiae.

Computatio feriarum est
a) *jure romano*, a media nocte ad mediam noctem; [449])
b) *jure canonico*, a vespera ad vesperam; [450])
c) *hodie in judiciis*, ab ortu solis ad ejus occasum. [451])
2) *Dilatio*;
3) *Conventio s. transactio.*
4) *Legitima impedimenta.* Huc pertinent
a) adversa valetudo;
b) furor;
c) in.

447) Cnf. Krausii Diss. quando accusatio contumaciae sit superflua.
447) Cfr. tit. D. de feriis et dilat.
449) L. 8. D. de feriis.
450) c. 1. X. de feriis.
451) Vid. l. 2. §. 31. ff. de O. Jur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0128
DFG

c) incarceratio;
d) funus domeſt cum, etc. [452])

III. JVRAMENTVM CALVMNIAE SPECIALE, quo quis jurat, ſe illud, quod propoſuit aut petiit, non malitioſe feciſſe.
Hoc praeſtandum eſt, quoties ſuſpicio vexationis adeſt.

Ceſſat vero
a) inter parentes et liberos;
b) inter vaſallum et dominum directum.

IV. INTERVENTIO, eſt actus, quo tertius liti alienae accedit. [453]) Eſt
vel principalis, qua tertius in locum alterius litigantis venit;
vel acceſſoria, qua tertius uni litigantium adhaeret.

Requiritur,
1) ut interveniens ſuum intereſſe demonſtret;
2) ut tempeſtive veniat, ſcil.
a) *in acceſſoria*, ante rem judicatam ſententiae definitivae;
b) *in principali*,
jure civili ante litem finitam;
jure Saxonico novo, intra terminum Saxonicum a tempore ſcientiae. [454])

Ceſſat interventio
1) in ſpolio;
2) coram Commiſſario. [455])

V. RECONVENTIO, eſt mutua petitio Rei contra priorem Actorem in eodem judicio, quo Reus antea ab Actore fuit conventus, inſtituta. [456]) Eſt
vel Reconventio juris civilis, quae in omnibus cauſis habet locum;
vel Reconventio juris Saxonici, quae tantum valet in cauſis connexis. [457])

Inſtitui poteſt
Jure civili et Sax. novo ante et poſt conventionem;
Ord. Proc. Vet. poſt conventionem finitam.

452) Conf. Pet. de Ludwig Diſſ. de purgat. contum. Stryck, Gerhard, Hoffmann Diſſ. de imped. legit.
453) Cfr. Hahn, Schmidt, Claproth, Heimburg Diſſ. de hac re.
454) Vid. Ord. Proc. Rec. 15, 2.
455) Cfr. Mencke diſp. Proc. 1, 7.
456) Cfr. Krauſii Proc. 1, 7, 7, 1. ſqq. Teller et Cleemann Diſſ. de hac re.
457) Spec. Sax. 3, 12, 79. Conſtit. Electoral. 7, 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0129
DFG

Ceſſat

1) in proceſſu ordinario; (ſec. Ord. Proc. Vet. non.)
2) in cauſis injuriarum; (ſec. Ord. Pr. Vet. non.)
3) in concurſu creditorum;
4) in poſſeſſorio ſummario;
5) in ſpolio;
6) in depoſito;
7) in cauſa privilegiata.

VI. REASSVMTIO LITIS, [458]) eſt actus, quo ſucceſſor declarat, ſe velle proceſſum antecеſſoris continuare.

Notanda ſunt:

1) *Locus*, ubi obtinet. Sc.
Ord. Pr. Rec. tantum in ſucceſſione ſingulari; [459])
Ord. Proc. Vet. quoque in ſucceſſione univerſali, ſcil.
a) ſi mandatarius tempore mortis deficit;
b) ſi clauſula heredum in mandato non eſt expreſſa. [460])
2) *Modus*; *olim* oretenus,
hodie quoque ſcriptim fit.
3) *Tempus*, in termino praefixo, cujus citatio continere debet ſpatium ſaxonicum duplicatum.

D) Actus proceſſuales poſteriores, qui poſt ſententiam ſaepius ſolent ſequi, ſunt

I. Suſpenſivi. Huc referendae ſunt:

I.) LEVTERATIO. Haec eſt remedium ſuſpenſivum, quo quis, ſententia gravatus, eundem judicem rogat, ut ſententiam mutet, et gravamen tollat. [461]) Eſt

1) *vel Leuteratio prima;*
vel Leut. ſecunda, ſ. *Oberleuteratio.* Haec obtinet
a) coram judicio Appellationum, et quidem
b) in cauſa immediata.
2) *vel Leuteratio formalis*, quae fit verbis expreſſis;
vel Leut. virtualis, quae fit verbis aequipollentibus.
Illa in Saxonia requiritur, haec non attenditur.

3) *vel*

458) Cfr. Gribneri Proc. 1, 7, 3. Schroeter, Wernher Diſſ. de reaſſum. lite.
459) Tit. 17.
460) Tit. 17.
461) Cfr. Ill. Kind de origine leuterationis Sax.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0130
DFG

3) *vel Leut. generalis*, quae contra totam ſententiam in genere interponitur;
vel Leut. ſpecialis, quae contra certa puncta ſententiae opponitur. Haec in Saxonia requiritur.

4) *vel Leuter. ore prolata*;
vel Leut. ſcripta.

5) *vel Lent. judicialis*;
vel Leut. extrajudicialis, quae coram Notario interponitur, in caſu neceſſitatis.

Notanda circa Leuterationem ſunt:

1) *Fatalium obſervatio*, ſub poena deſertionis.
Fatale eſt tempus lege definitum, intra quod aliquid peragendum eſt ſub ejus jactura.
Talia ſunt in Leuteratione:
Ord. Proc. Sax. Rec. [462])
a) *Fatale interponendae leuterationis*, ſcil. intra 10 dies ſ. 240 horas a publicata ſententia;
b) *Fatale proſequendae leuterationis.*
Leuteratio proſequenda eſt in termino praefixo.
Jure S. Vet. [463])
a) *Fatale interponendae leuterationis*, intra 10. dies a publicata ſententia;
b) *Fatale petendae citationis* ad proſecutionem, intra terminum ſaxonicum a die interpoſitae leuterationis.
Secundum Ordin. Rec. citatio in ſchedula leuter. petenda eſt ſub poena 5 thal.
c) *Fatale proſequendae leuterationis*, in ipſo termino.

2) *In ſchedula Leuterationis unum ſaltem gravamen in ſpecie ſit nominatum*, ſub poena rejectionis et mulcta 5 thal. [464])

3) *Citatio ad proſecutionem.* Haec
ſpatium Saxonicum debet continere, et
petenda eſt a leuterante

Ord.

462) vide Tit. 35.
463) Vid. Tit. 35.
464) Ord. Rec. T. 35. §. 5.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0131
DFG

Ord. Pr. S. Recogn. [465]) sub poena 5 thal. in ipsa schedula;
Ord. Pr. S. veteri [466]) sub poena desertae leuterationis intra fatale definitum.

4) *Comparitio Leuterantis in termino prosecutionis et legitima ejus prosecutio*, sc.
   a) quoad formalia, et
   b) quoad materialia, sub poena desertionis, [467])
      ad singula gravamina, non per relationem ad acta, sub poena 10 thal. [468])

5) *Comparitio Leuterati in termino*, sc.
   Ordin. Proc. S. Recogn.
   a) si ejus responsio non omnino necessaria est, aut secunda vice non comparet, sub poena confessi et convicti,
   b) si ejus responsio necessaria est, et prima vice non comparet, sub poena 5—10 thal. [469])
   jure S. veteri
   a) si prima vice non comparet, denuo citatur sub praejudicio: daß in dessen Verbleiben nichts desto weniger darauf erkannt werden soll.
   b) si secunda vice non comparet, statim sententia dicitur. [470])

6) *Positiones*, quibus prosecutio fit, quarum
   a) 2 conceduntur cuique parti, si ab interlocuto,
   b) 3 - - - - si a definitiva est leuteratum. [471])

7) *Causa non probibita.*

Cessat Leuteratio
   1) in possessorio summario; [472])
   2) in processu inhibitivo; [473])

3) con-

465) Ordin. Proc. Rec. 35, 5.
466) Vid. Ord. Vet. 35, 3.
467) Decis. Elector. 69.
468) Ord. Rec. 35, 5.
469) O. R. 10, 3.
470) Cfr. Gribneri Proc. 1, 6, 1, 12.
471) Cfr. Krauffi Proc. 1, 6, 1, 22.
472) Ord. P. R. tit. 36. §. 1.
473) Ibidem 21, 3.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0132
DFG

3) contra juramentum calumniae injunctum; [474])
4) contra probationem injunctam; [475])
5) contra ſententiam ſuper articulos et interrogatoria pertinentia aut impertinentia; [476])
6) contra ſententiam ſuper admiſſione teſtium; [477])
7) in concurſu creditorum; [478])
8) in inſtantiis intermediis; [479])
9) in cauſis minutis; [480])
10) in cauſis criminalibus;
11) contra ſententiam erroneam; [481])
12) contra rationes decidendi ſeparatas;
13) coram Commiſſario, [482]) etc. etc.

Effectus leuterationis
legitimae eſt admiſſio, proſecutio et ſuſpenſio rei judicatae;
illegitimae eſt rejectio leuterationis.

II.) APPELLATIO. Haec eſt remedium ſuſpenſivum et devolutivum ſimul, quo ſententia gravatus judicem ſuperiorem rogat, ut gravamen tollatur. [483]) Eſt

1) *vel Appell. ſcripta*, quae per ſcripturam offertur;
vel Appell. nuncupativa, quae viva voce fit;
2) *vel Appell. judicialis*, quae in judicio interponitur;
vel Appell. extrajudicialis, coram Notario in caſu neceſſitatis interpoſita;
3) *vel Appell. generalis*, qua quis ſe gravatum in genere dicit;
vel Appell. ſpecialis, qua gravamina ſpecifice determinantur. Talis jure Saxonico requiritur.
4) *vel Appell. pura*, quae ſine certo reſpectu alio interponitur;
vel Appell. eventualis, quae in certum eventum adjicitur.

vel

474) Ordin. Proc. Rec. 33, 1.
475) Ord. Rec. 20, 2.
476) O. R. 20, 8.
477) Ibidem 22, 2.
478) Ibid. tit. 41. § 5.
479) Ibid. 31, 3.
480) Ibid. 1, 6.
481) Ibidem t. 35, 2.
482) Cfr. Krauſii Proc. 1, 7, 6, 4.
347) Cfr. D. de appellat. Ulich Abh. von Appellat. und Leuterung. Witt. 1781.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0133
DFG

5) *vel Appell. a facto*;
vel Appell. a sententia.

Requisita circa appellationem sunt:

1) *Observatio Fatalium* sub desertione appellationis.

Fatalia appellationis sunt:

a) *Fatale interponendae appellationis*, intra 10 dies a publicata sententia; [484])

b) *Fatale petendorum apostolorum.* Petitio fit
vel in schedula appellationis ipsa,
vel intra 30 dies a publicata sententia; [485])

Apostoli sunt litterae, quibus judex superior de appellatione certior fit. Sunt autem
vel apostoli conventionales, a parte altera dati;
vel apost. testimoniales, a Notario confecti;
vel apost. judiciales, qui a judice inferiore dantur. Hi sunt
vel apost. dimissoriales, quibus judex gravamina approbat;
vel apost. refutatorii, quibus judex gravamina reprobat;
vel apost. reverentiales, quibus judex inferior neque approbat, neque reprobat gravamina;

c) *Fatale redimendorum apostolorum*, in termino a judice praefixo. Hoc tamen cessat hodie in Saxonia,
1) si ab inquisitione,
2) a citatione,
3) a monitorio,
4) a subhastatione etc. appellatum fuit. [486])

d) *Ord. Proc. Sax. Rec. fatale sportularum solvendarum*, in termino praefixo pro inhibitione et compulsorialibus; [487])

Jure S. Vet. fatale introducendae appellationis, intra mensem ab apostolis datis; [488])

e) *Fa-*

484) Cfr. Gribneri Proc. 1, 6, 2, 3. 4.
485) Ibid. 1, 6, 2, 5.
486) Vid. Ord. Proc. Rec. 35, 6. 7.
487) Ibid. 35, 9.
488) Ordinat. Appell. Tit. Von Appell. wie die ꝛc.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0134
DFG

e) *Fatale justificandae appellationis*, in termino praefixo.

2) *Interpositio appellationis proxima*, qua ad proxime superiorem judicem appellatio fit, nec per saltum ea interponitur.

Excipe: 1) si intermedius judex est suspectus, aut
2) si pars est persona miserabilis,
interpositio per saltum fieri potest.

3) *Causa licita.*

Cessat appellatio

a) contra tres conformes sententias;
b) in possessorio summario; [489])
c) contra interlocutoriam in concursu creditorum; [490])
d) contra inhibitionem cassatam, aut in vim simplicis citationis resolutam;
e) contra errorem levem in sententia;
f) contra sententiam über den Schuldthurm; [491])
g) contra rationes decidendi separatas;
h) a Commissario inferioris conditionis ad ejus committentem. [492])

Effectus appellationis legitime interpositae est

1) suspensio sententiae a re judicata.

Excipe, appellatio non suspendit
a) in cambialibus;
b) contra exactionem der Steuer-Reste. [493])

2) devolutio litis ad superiorem judicem.

III. REVISIO ACTORVM, [494]) est
vel remedium ordinarium, in Pommerania et Westphalia, etc.
vel extraordinarium, in Camera Imperii.
In Saxonia non valet revisionis remedium.

IV. QVERELA NVLLITATIS, [495]) est remedium contra sententiam, vitio quodam laborantem, interpositum.

Requisita sunt:

1) *Interpositio tempestiva*, et quidem
a) si nullitas sanabilis est, intra 10 dies a publicata sententia;

489) Ord. Proc. Rec. app. §. 19.
490) Ord. Proc. Rec. 41, 5.
491) Ord. Vet. 52, 3.
492) Cfr. Gribneri Proc. 1, 7, 4, 4.
493) Cfr. Rescr. de 1770.
494) Cfr. Krausii Proc. 1, 6, 3.
495) Cfr. Krause l. c. §. 13. sqq. Ill. Pütter de nullit. theor. general.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0135
DFG

b) si nullitas insanabilis secundum quid est,
jure Saxon. intra spatium Saxonicum,
jure Imperii intra 30 annos;
c) si nullitas insanabilis absolute talis est,
intra et post 30 annos; [496])

2) *Deductio legitima*, et quidem
Ord. Pr. Rec. intra spatium Saxonicum, [497])
Ord. Proc. Vet. intra duplex spatium Saxonicum. [498])

3) *Justa causa*, sub poena 40 flor. Misnicorum.
Cessat haec poena,
1) si remedium incidenter interpositum est; [499])
2) si contra decretum est adhibitum;
3) ob probabilem causam;
4) si ab initio remotum fuerit remedium. [500])

D) Actus processuales posteriores, qui post sententiam saepius solent sequi, sunt

II. Executoriales. Huc pertinent:

I.) EXECVTIO. [501]) Haec est actus judicialis, quo quis compellitur ad id, ad quod per rem judicatam condemnatus est; dicitur germanice die Hülfe. Est

1) *vel mediata*, quae fit per alium judicem intervenientem;
vel immediata, quae fit sine alio judice.

2) *vel vera*;
vel ficta, quae pro facta habetur. Talis obvenit
a) ob pactum;
b) ob contumaciam debitoris.

Requisita sunt:
1) imploratio partis; [502])
2) praeceptum executivum, quod continet
Ord. Proc. Rec. [503]) 14 dies;
Ord. Pr. S. veteri [504])
a) quoad actionem personalem spatium saxonicum;
b) in

496) Cfr. Ill. Schnaubert von heilbaren und unheilb. Nullitäten. Meyer et Biedermann de hac re.
497) v. Tit. 38. §. 2.
498) Cfr. Tit. 38. §. 1.
499) Ill. Pütter Diss. de querela nullit. et app. conjunct.
500) Cfr. Gribneri Proc. 1, 6, 3, 3.
501) Idem 1, 6, 4. Cod. de executione rei judic.
502) Ord Rec. 39, 1.
503) Ordin. Proc. Rec. 39, 5.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0136
DFG

b) in actione reali 14 dies
ab insinuatione;
3) persona exequens; haec est
a) *vel principalis*, judex rei sitae, vel domicilii;
b) *vel minus principalis*, lictor, miles;
4) modus legitimus, [504]) sc.
a) vel res restituenda mobilis est, eaque
α) existit adhuc, tunc aufertur;
β) non amplius existit, aut quantitas petitur, tunc
Ord. Pr. S. Recogn. [505]) in creditoris arbitrio est, in quaenam bona executionem fieri velit;
Ord. Proc. S. Vet. [506]) executio fit primo in mobilia, postea in immobilia, deinde in nomina.
b) vel res restituenda immobilis est, et actor in eam immittitur, et reus exmittitur, vel sequester constituitur. [507])

Effectus executionis est satisfactio rei judicatae.

II.) IMMISSIO est actus, quo creditori res, in quam executio facta est, utenda traditur. Haec obtinet tantum in immobilibus, et fit
Ord. Proc. Rec. cum executione simul; [508])
Ord. Proc. Vet. post aliud praeceptum executivum. [509])

Modus est *Ordin. Proc. S. Recogn.* [510]) sine symbolis;
jure S. veteri [511]) cum symbolis.

Effectus est *Ord. Proc. Rec.* [512]) jus reale immissi;
Ord. Proc. Vet. [513]) facultas possidendi et fructus percipiendi.

III.) EXMISSIO est actus, quo quis possessionem rei immobilis relinquere cogitur. [514])

IV.) SVBHASTATIO [515]) est actus, quo bona, in quae facta est executio, publice venduntur. Est

504) Cfr. Gribneri Proc. 1, 6, 4, 4.
505) vid. Tit. 39. §. 7.
506) Tit. 39. §. Und da das ꝛc.
507) Cfr. Gribner l. c.
508) Ord. Rec. 39, 10.
509) Cfr. Gribneri Proc. 1, 6, 4, 7.
510) Vid. Ord. Recogn. 39, 4.
511) Cfr. Gribner l. c.
512) Ord. Rec. T. 39. §. 10.
513) Ord. Proc. Vet. 39, 9.
514) Cfr. Krausii Proc. 1, 6, 4, 18.
515) Vid. Ord. Proc. Vet. et Rec. Tit. 39. Schoen. Syst. Dig. 42, 1, 32. sqq.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0137
DFG

vel in specie talis, quoad bona immobilia;
vel auctio, quoad mobilia.

Requisita Subhastationis
a) *antecedentia* sunt
1) *consignatio*
α) pertinentiarum,
β) inventarii,
γ) onerum realium,
δ) servitutum; [516])
2) *notificatio* judici rei sitae facta; [517])
3) *affixio* patentis subhastationis per 8 septimanas ante terminum subhastationis; [518])
4) *trina proclamatio* de 14 diebus ad 14 dies,
a) in urbibus, foro;
b) in pagis, post cultum divinum finitum;
c) in feudis per novellas. [519])
b) *concomitantia*, sc. in termino,
1) consignatio licitorum;
2) proclamatio summi liciti;
3) solutio $\frac{1}{10}$;
4) cautio de reliquo, aut solutio totalis. [520])
c) *consequentia*,
1) terminus adjudicationis;
2) solutio residui pretii;
3) adjudicatio ipsa.

Effectus subhastationis est,
ut res subhastata in alterius dominium veniat, nec regulariter possit relui a priore domino; excipe,
1) si unus tantum licitans adfuit;
2) si creditoribus res in solutum data est. [521])

Requisita auctionis sunt:
1) consignatio publica;
2) taxatio per artis peritos;

3) af-

516) O. P. R. tit. 39 §. 11.
517) Ibid.
518) Ibid §. 12.
519) Ibidem.
520) O. P. R. tit. 39 §. 15.
521) Ord. P. R. tit. 39. §. 18.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0138
DFG

3) affixio locis consuetis;
4) proclamatio;
5) addictio;
6) solutio. [522])

522) Vid. Ord. Proc. Rec. t. 39. §. 9.

FINIS.

INDEX RERVM BREVIS.

A.

Academici 18
Acceptatio juram 104
Actor 24. 42
Actorium 42
Actuarius 21
Actus processual. 43
Actus special. mand. 33
Advocatus 27
Apparitor 23
Appellatio 121
Arbitrium artis peritor. 96
Articuli probat. 80
Assessor. judic. 22
Attestationum publicat. 111
Auctio 126

C.

Causa petendi 48
Cautio 66
-- -- -- pro reconventione 69
Citatio 54 sqq.
Clausula 53
Commissio 72
Competentia judicis 13
Conclusio causae 112
Conclusio libelli 48
Confessio 98
Contumacia 115
Copia 89
Cumulatio libelli 50
Curatorium 41

D.

Declaratio super juramento 104
Defensio conscientiae 105
Defensor 43
Delatio juram. 102
Diffessio docum. 93
Dilatio 115
Directorium 87
Documentum 89

E.

Editio document. 94
Exception. allegat. 63
--- --- -- peremtor. 78
Executio 124
Exmissio 125
Exordium libelli 47

F.

Fatale probation. 81
Feriae 116
Forum 13

G.

Guaranda 69

I.

Immissio 125
Inductio documentor. 90
Inrotulatio actor. 113
Insinuatio 61
Inspect. ocul. 96
Interrogatoria 88
Interventio 117
Judex 8
Judicium 3

Jura-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0139
DFG

Juramentum 98
Jurisdictio 9

L.

Leuteratio 118
Legitimatio 32
Legitima impedim. 116
Libellus 45
Litis conteſtatio 74
Litis denunciatio 70

M.

Mandatum 32
Media probandi 83
Mutatio libelli 52

N.

Nominatio auctoris 71
Notificatio 57
Notorietas 99
Nunci judic. 23

O.

Oblatio juramenti 110
Officium judicis 20

P.

Palmarium 30
Pauper 68
Perſona eccleſ. 2
--- --- judicans 7
--- --- litigans 8
Petitum libelli 48
Praeſtatio juram. 108
Praeſumtio 97
Probatio 79
Proceſſus 1
Procurator 31
Productio teſtium 88
--- --- --- docum. 91

Q.

Querela nullitatis 128
Quota litis. 30

R.

Reaſſumtio litis 118
Recognitio docum. 92
Reconventio 117
Regiſtratura 22
Relatio juram. 107
Reprobatio 110
Res eccleſ. 2
Reus 26
Reviſio actor. 123
Revocat. juram. 104

S.

Scabini 22
Sententia 113
Solennit. juram. 102
Species facti 48
Spatium citation. 60
Specificatio document. 90
Subhaſtatio 125
Syndicus 37

T.

Taxa proceſſual. 30
Teſtis 83
Tutor 40
Tutorium 40

V.

Vitium libelli 49.

CORRIGENDA ET EMENDANDA.

P. 2. pro *Griebner.* lege ubique *Gribner.* p. 5. lin. 30. pro *vel* lege *v. gr.* p. 8. poſt lin. 10. adde *§ tutor 6 curator.* lin. 13. pro cognoſcendi etc. lege *cognoſcendas, decidendas* et *exſequendas.* p. 10. lin. 2. pro neceſſaria leg. *contentioſa.* p. 14. lin. 30. pro ipſo, leg. *ipſi.* p. 17. l. 16. pro 6. leg. *b.* p 18. l. 29. pro incorporati, leg. *immatriculati.* p. 19. lin. 17. poſt dimiſſi adde *praefecti.* p. 20. lin. 13. pro ineptium leg. *ineptorum.* lin. 22. poſt thal. add. *curanda.* p. 21. lin. 19. pro polygr. leg. *poligr.* p. 23. lin. 12. pro confecto leg. *confecti.* p. 27. lin. 6. pro acceſſorii leg. *acceſſoriae.* p. 29. ante lin. 17. dele lineol. oblongam. p. 30. lin. 13. pro ſingulos actus leg. *ſingulis actibus.* p. 33. lin. 28. pro ſlui leg. *ſluere.* p. 36. lin. 24. pro Requiſita leg. *Notanda.* p. 42. lin. 7. dele *generales.* p. 44. lin. 15. pro conteſtatio leg. *denunciatio.* p. 45. lin. 3. dele *definitivam.* p. 56. l. 3. pro aliae leg. *alii.* p. 61. lin. 9. pro ipſo leg. *ipſi.* p. 62. lin. penult. pro quae leg. *qui.* p. 72. lin. 18. pro eodem leg. *eidem.* lin. 29. dele *ad certam litem.* p. 78. lin. 27. pro annectentur leg. *annectantur.* p. 79. lin. 20. pro quo leg. *quod.* p. 89. pro collationata leg. *collata.* p. 103. lin. 4. pro ipſo leg. *ipſi.* pro procurati leg. *procuratori.* p. 111. p. Geſetze leg. Geſätze.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727991915/phys_0140
DFG



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1727991915/phys_0144
DFG

3) *vel Leut. generalis*, quae contra totam ſententiam in genere interponitur;

vel Leut. ſpecialis, quae contra certa puncta ſententiae opponitur. Haec in Saxonia requiritur.

4) *vel Leuter. ore prolata*;

vel Leut. ſcripta.

5) *vel Lent. judicialis*;

vel Leut. extrajudicialis, quae coram Notario interponitur, in caſu neceſſitatis.

Notanda circa Leuterationem ſunt:

1) *Fatalium obſervatio*, ſub poena deſertionis.

Fatale eſt tempus lege definitum, intra quod aliquid peragendum eſt ſub ejus jactura.

Talia ſunt in Leuteratione:

Ord. Proc. Sax. Rec. [462])

a) *Fatale interponendae leuterationis*, ſcil. intra 10 dies ſ. 240 horas a publicata ſententia;

b) *Fatale proſequendae leuterationis.*

Leuteratio proſequenda eſt in termino praefixo.

Jure S. Vet. [463])

a) *Fatale interponendae leuterationis*, intra 10. dies a publicata ſententia;

b) *Fatale petendae citationis* ad proſecutionem, intra terminum ſaxonicum a die interpoſitae leuterationis.

Secundum Ordin. Rec. citatio in ſchedula leuter. petenda eſt ſub poena 5 thal.

c) *Fatale proſequendae leuterationis*, in ipſo termino.

2) *In ſchedula Leuterationis unum ſaltem gravamen in ſpecie ſit nominatum*, ſub poena rejectionis et mulcta 5 thal. [464])

3) *Citatio ad proſecutionem.* Haec
ſpatium Saxonicum debet continere, et
petenda eſt a leuterante

Ord.

[462]) Tit. 35.
[463]) Tit. 35.
[464]) Rec. T. 35. §. 5.